







1690.

12^{na} = Schoepfferus, Johannes Fructuosus: De foro studiosi
+ delinquentis.

13. Schoepfferus, Johannes Fructuosus: De homicidia laborum
justitia.

14^{na} = Schultz, Petrus: De omissis in sententia 2. Beapl.
1690 - 1695.

15. Schütze, Petrus: De comparatione personarum in
j. dicio.

16. Sonnemannus, Antonius Muid: De jure potiori.

17. Strickerus, Samuel: De mandato delinquentis.

18. Strickerus, Samuel: De jure putativo.

19^{na} = Strickerus, Samuel: De jure suggestionis 2. Beapl.
1690 - 1724.

20^{na} = Strickerus, Samuel: De victo vincente

213 + 2 c

²
Styckius, Samuel: De immunitate & servitii
fundatoribus. 35 Numm. 1690 ~ 1704.

22. Veker, Franciscus: De astrabolismo.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

8

1690, 122
INDICA

TOMO
STUDII DE
LINOVENTIS

ASSISTENTE DIVINA GRATIA
CANTOR

Magnifico Clericali Ordine
IN ILLUSTRI & MEMIA VIADRINA

DN JOHANNI JOACHIMO
SCHNEPPERO

1700
LINOVENTIS



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include a date and a name.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include a date and a name.



Cr. 7. num. 24

2. D. B. V.
DISPUTATIO JURIDICA
DE

1690, 126

2/

F O R O
STUDIOSI DE-
LINQVENTIS,

P. 421

Quam
ASSISTENTE DIVINA GRATIA
Consentiente

Magnifico Jctorum Ordine
IN ILLUSTRIS ACADEMIA VIADRINA
P R A E S I D E

DN. JOHANNE JOACHIMO
SCHOEPFFERO,

J. U. D. & Profess. Publ. Extraordinario,
DOMINO PATRONO ET PRÆCEPTORE
omni observantiae cultu devenerando,

IN AUDITORIO JURECONSULTORUM

Ad d. XX. Martii Anno M. DC. XC.
Publico Eruditorum examini submitter
AUTOR ET RESPONDENS

LEONHARDUS Schwardt

SMALCALD.



Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ. 1711.

DR. JOHANNES WILHELM

F O R O
STUDIOSIDE
UNIVERSITÄT

DR. JOHANNES WILHELM

DR. JOHANNES WILHELM
UNIVERSITÄT

LEONHARDT'S

THE CHRISTIAN ANDERSON

1871





PRÆFATIO.



Alitiam & delicta civium, Reipubl. statum intervertere, demonstratione non eget, si enim omnes cives furtis, adulteriis & homicidiis se contaminarent, brevi temporis spatio interitus & exitium urbis ac reipubl. sequeretur. Cum vero sua perpauci agant sponte, sed semper in vitium nitantur, Majestas eos cogit, tum metu poenarum, tum præmiorum exhortatione. An vero quis præmio an poena dignus judicatione opus, quæ potissimum quidem soli competit Principi, cum nullus æque, ac hic, judicare possit de commodo in rempubl. collato, ut & de damno, quo respubl. affecta, solus tamen Princeps omnibus in universum negotiis par esse non potest, hinc curam bonos tuendi, malos vero puniendi, pluribus inferioribus communicavit Magistratibus, iisque certos præscripsit limites, intra quos jus postulantibus reddant, & suam provinciam malis purgent. Originem hinc duxit spinosa illa, difficilis, & admodum varians materia jurisdictionis, & fori competentis,

rentis, cum enim plurimi sint Magistratus, plurimæ quoq; species jurisdictionis excogitatæ sunt. Et cum in dies status publicus reipubl. mutetur, jurisdictionem quoque in alias transferre formas necessum est, hinc difficilem & intricatum suscipit laborem, judice Carpz. *in Proc. T. 2. A. 1. n. 2. seqq.* Qui scripta Jctorum nostrorum perlustrare, & ad hodiernas species jurisdictionis applicare velit. Qui summus & in foro versatissimus Jctus d. l. n. 9, conqueritur hodie tot ferè jurisdictionis ubiq; nunc reperiri, ut non sine summa difficultate distingui, explicari ve singulæ possint. Et n. 12. ab asino lanam quærere eum arbitratur, qui ad decidendas ambiguas jurisdictionis controversias, juris Romani constituta evolvere conabitur. Verum hac ratione multi, quidvis sibi licere arbitrantur, dum percipiunt eorum negotia non ex legibus, sed consuetudine, quæ plerumq; dubia, dijudicanda esse; hinc prælaudati Dn. Carpz. sententia eo tantum casu applausum meretur, si liquido constet hodie jurisdictionis fundamentum ex aliis recentiorum Impp. legibus ac pactis vel constanti & certa consuetudine, petendum esse, alias enim LL. Romanæ adhuc hodie adhibendæ, in decidendis gravissimis controversiis, de superioritate territoriali cui summa jurisdicctio cohæret, ut perspicue demonstratum dedit Magnif. Dn. Stryk. *in Us. Mod. ff. Disc. Præl. §. 41.* Conjungendæ ergo LL. Romanæ & hodierna fori praxis. Cujus periculum facturus sum, in unica tantum jurisdictionis specie, quæ competit in studiosos delinquentes, observaturus quid ex Jure Romano huc pertineat, & quid moribus in hac specie mutatum. Tu vero Sancte Spiritus cœptis annue!

CAP.



CAP. I.
De
Foro Studiosi delinquentis
in genere.

SUMMARI A.

<i>Fori Etymologia & significatio exponitur. n. 1 seqq.</i>	<i>Ut & Studiosi.</i>	26
<i>Fori Synonyma.</i>	<i>Quis per Episcopum intelligitur?</i>	27
<i>Fori divisio.</i>	<i>Episcopus Lebusiensis Cancellarius fuit Academiae Viadrinae.</i>	29
<i>An quis citatus ad iudicem incompetent. comparere teneatur?</i>	<i>Camminensis, Academiae Gryphiswaldensis.</i>	30
<i>Fori exceptio in principio litis motae statim opponenda.</i>	<i>Schwerinensis, Academiae Regisbochensis.</i>	31
<i>Quotuplici modo forum quis consequatur jure communi.</i>	<i>Hinc cancellariatus dignitas maxima fuit.</i>	32
<i>Forum miserabilium personarum.</i>	<i>Quis per Dominum & magistrum intelligatur?</i>	33. seqq.
<i>Militum.</i>	<i>Studioso conceditur electio coram quo iudice conveniri velit.</i>	41
<i>Officialium Principis.</i>	<i>Quod hodie cessat.</i>	42
<i>An idem habeant die Rätche von Hauß aus?</i>	<i>Quis dicatur Studiosus?</i>	44
<i>Quid de Residentibus?</i>	<i>An hoc privilegium competat scho-</i>	
<i>Clerici habent privilegiatum forum.</i>		

CAP. I. DE FORO STUDIOSI

2	<i>Scholaribus?</i>	45	<i>Vagantes Studiosi non habent privilegia studiosorum.</i>	79
	<i>An sub jurisdictione Academiae sit is, qui nondum est immatriculatus?</i>	57	<i>An Patricii in Academia eadem habeant privilegia?</i>	81
	<i>Intra quod tempus immatriculatio petenda?</i>	62	<i>Quis dicatur Studiosus delinquens?</i>	85
	<i>An Studiosus non studens habeat privilegia studiosorum?</i>		<i>An Studiosus, qui deprædatur hortos, fur sit?</i>	86. usque fin.
		70. seqq.		

1. **F**ori originem & etymologiam aliqui longius petunt, mihi sit hæc vox primitiva. Dicitur *forum* & *forum* notat Umm. in *Process. Disp. 4. n. 1.* Dn. Carpzov. in *Process. tit. 3. add. cap. 10. X. de V. S.* frequentius tamen in neutro genere usurpatur *forum*, & denotat 1) locum mercibus, ad rem familiarem necessariis vendendis & emendis, destinatum. 2) denotat tabernam, sic enim argentarii & mensularii foro cedere dicuntur vid. *l. 7. §. 2. ff. de pos. l. f. ff. de Curat. bon. dand.* 3) Forum dicebatur locus, in quo populo Romano ludi exhibebantur, 4) indicat locum, in quo jus redditur à Judice, seu in quo lites legitime exercentur. Hinc dicitur jus fori *l. 7. ff. qui satisd. cog.* Exceptio fori *l. ult. c. de Except.* & hæc ultima significatio nostro inservit proposito.
6. Fori synonyma sunt *judicium Rubr. ff. si quis caut. in judic.* item jus per *rubr. ff. de in jus vocand. it. tribunal. l. 35. §. 2. ff. de procurat. l. 1. ff. de judic.* quandoque auditorium *l. 14. C. de judic. l. 41. ff. de recept. arbitr.*
7. Dividitur *forum* in *exterius* seu *foli*, in quo judicatur à iudice, inter actorem & reum, & *interius*, s. *conscientiæ*, s. *polit* in quo mens hominis & iudicis, & actoris, & rei, & testis personam sustinet Dn. Brunnem. in *Proc. civ. c. 1. n. 5.*

NOS

DELINQUENTIS IN GENERE.

nos hic consideramus forum externum. Porro dividi- 3
tur in *competens*, in quo quis conveniri potest, & *incompe-* 8.
tens, in quo quis respondere non tenetur Stephan. *de Ju-*
risdict. libr. 1. cap. 27. n. 31.

De foro competente ante omnia litigantibus con- 9.
stare debet, si enim iudex notoriè incompetens aliquem
citaverit, ne comparere quidem citatus tenetur *L. contu-*
macia § 3. in fin. ff. de re judic. l. fin. ff. de Jurisd. si vero dubia 10.
sit jurisdictio comparere tenetur & opponere exceptio-
nem non competentis fori *L. 2. pr. ff. si quis in jus voc. non*
l. 5. ff. de judic. Gail. l. 1. obs. 48. n. 9. Struv. Exercit. §. th. 14.
Magnif. Dn. Stryk. Præceptor meus æternum devenerandus
in *Usu modern. ff. tit. si quis in jus vocat. §. 1. in fin.* quæ ex- 11.
ceptio in principio litis motæ opponenda est, si enim a-
liis utatur Reus exceptionibus, hac omiffa, in iudicem vi-
derent confensisse Zang. *de Except. part. 2. cap. 1. n. 4. Mev.*
p. 2. D. 31. n. 5.

Sortitur autem quis forum competentis, velex jure 12.
communi, vel ex jure *singulari*; Jure communi quis forum
habet, 1) ex foro *domicilii*, quod maxime est universale, 13.
cum in eo omnis actio institui possit Brunn. *ad l. 19. ff. de*
judic. n. 29. Dn. Stryk. in introduct. ad prax. cap. 1. §. 31. de
quo plura vid. penes Dn. Carpz. *in Process. tit. 3. art. 1. Zang.*
part. 2. cap. 1. n. 9. seqq. 2) Forum competentis quis habet in 14.
loco contractus de quo Carpz. *d. l. art. 2. Zang d. l. n. 167. §.*
Struv. *Ex. 9. th. 43. & 44* quod etiam in quasi contractibus
attenditur Carpz. *d. art. 2. n. 8. Umm. in Proc. disp. 4. n. 4.* 3) 15.
forum quis habet in loco rei sitæ Carpz. *d. l. art. 3. Zang.*
d. cap. 1. n. 259. seqq. licet bona sint immobilia *d. l. n. 9.* vel a-
ctio sua natura sit personalis, sed tamen in rem scripta,
Dn. Stryk. *in introduct. ad prax. d. §. 31.* 4) Connexitas 16.
causæ fori tribuit competentiam, si quis personas, sub di-
versa

CAP. I. DE FORO STUDIOSI

4. versa jurisdictione existentes, una actione convenire velit l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. judic. add Carpz. in Proc. tit. 3.
17. art. 5. Nicol. in Pr. p. 1. cap. 29. denique 5) forum quis sortitur in loco commissi delicti l. 1. C. ubi de criminib. Dn. Brunn. in Pr. Inquis. cap. 3. n. 3. & seqq. Coch. in Prax. For. German. part. 2. cap. 2. §. 16.
18. Forum ex jure singulari habent personæ miserabiles, quæ adversarios suos, omisis instantiis inferioribus, statim coram Principe convenire possunt l. un. C. qui Imp. inter pupill. ibi Brunn. Carpz. lib. 2. resp. 19. Gail. l. 1. obs. 1. n. 40.
19. Milites quoque non nisi coram magistro suo conveniri possunt l. 6. C. de jurisdict. omn. jud. Consilarii quoque Principis & reliqui ministri conveniri non possunt, nisi coram Principe, & quos Princeps iis constituit Mev. ad Jus Lubec. quest. prælim. 3. n. 33. seqq. licet forte in loco, ubi est aula Principis domicilium constituerint Struv. Ex. 9. th. 38. n. 3. si vero domicilium suum habeant in alio loco, quam in quo aula est, ita ut ministri Principum sint, quos vulgo vocamus, Räthe und Diener von Hauß aus/ hoc privilegiato foro non utuntur, sed ordinariæ loci, ubi habitant, jurisdictioni sub-
20. sunt Mev. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 2. n. 39. Idemq; de Agentibus l. Residentibus vulgo Agenten von Hauß aus/ dicendum Coch. in prax. for. German. part. 1. cap. 3. §. 14. ubi dicta responso Facultatis Tubingensis abunde demonstrat. Hinc primam suam instantiam quoque in foro domicilii habere dicuntur, nec statim coram Serenissimo Principe conveniri possunt Carpz. in Pr. tit. 3. A. 4. n. 76.
21. Clerici quoque eo gaudent privilegio, quod coram Episcopo, vel inter protestantes, coram Consistorio conveniendi sint Carpz. in Jurispr. Eccles. lib. 3. Def. 1. & seqq.
22. Si vero consistorium constitutum non sit, in supremo judicio conveniendi sunt Magnif. Dn. Stryk. in Usu Moderno ff. tit.

DELINQUENTIS IN GENERE.

ff. tit. de Jurisd. S. 5. Mev. p. 3 D. 415. n. 9. Dn. Præses in Synops. Juris Privat. tit. de Jurisd. n. 24. in fin. Huc pertinet forum 26
 studiosorum, quod ex singulari privilegio studiosis concessum in *Auth. Habita C. ne filius pro patre.* ubi Imp. Fredericus, *Si litem,* inquit, *quispiam studiosis, super aliquo negotio movere voluerit, hujus rei optioe data scholaribus, eos coram Domino vel Magistro suo, vel ipsius civitatis Episcopo, quibus hanc jurisdictionem dedimus, conveniat.*

Ex quibus verbis apparet, studiosos forum suum habere 27.
 coram Domino, Magistro, vel Episcopo. Per *Episcopum* autem intelligimus Cancellarios Academicos, quibus olim dabatur jurisdictionio Academiæ, in aliqua diocæsi sitarum, & potestas conferebatur honores summos, in omnibus facultatibus, conferendi, *Cothman. Resp. A. 28. ead. i. n. 108. Lansius tr. de Academ. p. 58. Carpz. in Jurispr. consist. lib. 1. def. 8. num. 5. & talis quondam fuit Episcopus Lebusiensis, qui illustris hujus Academiæ Francofurtanæ 29 fuit Cancellarius vid. Recess. Electoral. de Anno 1617. d. 30. Maj. S. Unde weil eher &c. vid. cap. ult. n.* Sic Episcopus Caminensis, Cancellarius fuit Academiæ Gryphiswaldensis 30 *Mev. p. 6 D. 220. n. 6.* qui solus facultatem & licentiam promovendi Doctores & Magistros, exclusis Pomeraniæ Ducibus contulit *Matth. Steph. Tr. de Jurisd. lib. 3. p. 2. cap. 14. num. 30.* Idemque obtinuit in Episcopo Schwerinensi, qui 31 in Academia Rostochiensis Cancellariatum tenuit, & hinc dignitas Cancellariatus prima & maxima in Academiis 32 fuit add. plurimum Reverendus atque Excellentissimus Dn. Becman. in *Memorandis Francofurtanis cap. 3. S. 1.*

Quis vero per *Dominum & Magistrum* intelligatur 33. admodum inter Dd. est controversum. Per *Dominum* enim aliqui intelligunt Academiæ Nutricium, seu loci supremum Principem ac *Dominum Dn. Brünn. ad Authent. Habita.*

- Habita n. 5. Coch. in prax. for. German. part. 1. c. 3. §. 15.* Alii
 34. per Dominum intelligunt Professore[m] legum, per Magi-
 strum vero alterius facultatis Professore[m] vid. Richt. *ad*
Auth. diff. 6. p. 122. Alii utraque verba *Dominum & Magistrum*
 coniungunt, & præceptores intelligi putant Lanfius *de A-*
cadem. pag. 55. Pacius *ad Auth. habita cap. 9. n. 3.* Speckhan.
 35. *Cent. 1. quest. 57. n. 8.* Alii per Dominum intelligunt Acade-
 miæ Rectorem, Speckhan. *Cent. 1. quest. 57. n. 6.* cum prob-
 36.abile non sit, præcipuum Magistratum silentio præteri-
 tum esse, Donell. *ad Auth. habita num. 21.* Alii per Domi-
 num intelligunt iudicem loci ordinarium. Umm. *in Proc.*
disp. 4. n. 67. cuius sententiam & nos sequimur cum Imp.
 in *Auth. nostra* forum studiofo alias competens auferre
 non voluerit, sed plures tantum iudices constituere, ex qui-
 bus studiosis iudicem maxime favorabilem sibi eligere
 possit. Cui quidem sententiæ contradicunt Linn. *in iure*
 37. *publ. lib. 8. cap. 9. n. 28.* Hillig. *ad Donell. l. 17. c. 20. lit. K. pag.*
m. 192. in med. putantes hac ratione nullum singulare be-
 neficium ei concessum esse; Verum repono, hoc benefi-
 cium ei concessum, quod non nisi volens coram Magistra-
 tu loci conveniri possit.
38. Per Magistrum intelligimus cujuscunque facultatis
 Doctorem & Professore[m] Stephan. *de Juris d. lib. 3. p. 2. cap.*
9. n. 5. Pacius *ad d. Auth. cap. 9. n. 5.* Hillig. *ad Don. lib. 17. c.*
 39. *19. lit. K. p. 191.* Verum cum insignis illa multitudo jus di-
 centium, dum quilibet præceptor suis discipulis jus dixit,
 non potuerit non insignem confusionem introducere, i-
 ipsa necessitate efflagitante factum, ut Rector in Academiis
 fuerit creatus, qui in causis levioribus solus cognosceret,
 in causis arduis vero & gravioribus convocato Senatu
 Academico seu Concilio jus redderet Speckhan. *d. qu. 57.*
n. 12. Steph. *de Juris d. lib. 3. part. 2. cap. 12. n. 1. seqq.* Hillig. *d.*
l. lit. K. pr.

DELINQUENTIS IN GENERE.

Tribuit autem Imp. studiosis optionem, quem ju- 47
dicem eligere velint, per *Auth. habita ibi: Hujus rei optio-
data Scholaribus.* quod beneficium juri communi contra-
rium, si enim reus plura habeat fora, actori conceditur
electio, in quo loco reum convenire velit l. 19. §. ult. ff. de
Judic. l. 2. §. 3. ff. de eo, quod cert. loc. Verum hodie benefi- 42
cium hoc cessat & studiosi necessario coram Rectore Ma-
gnifico comparere, & ad actionem propositam respon-
dere tenentur, nec ad Dominum loci vel Episcopum pro- 43
vocare possunt Suevus ad *Auth. habita Disp. 6. th. 2. Carp-
zov. P. 2. c. 27. D. 10. n. 8. Richt. ad nostr. Auth. Disp. 6. pag. 123.*
Sufficiat ergo hoc capite dixisse, forum studiosi delin-
quentis ex hodierna consuetudine esse coram Rectore
Academix.

Jam nobis exponendum erit, quem intelligere ve- 44
limus per studiosum delinquentem. Dicimus ergo stu-
diosum juvenem, qui studiorum causa in Academiis in
numerum civium Academicorum legitime est receptus,
qui in nostra *Auth. scholaris* dicitur quod ex moribus Itali-
cis est Limn. in *Jure publ. lib. 8. cap. 1. num. 20.* ansam tamen
hæc vox *Scholaris* nobis dat inquirendi, an *scholaribus* in 45
Germania sic dictis seu illis, qui in scholis trivialibus hu-
manioribus, uti vocant, studiis operam navant, hoc fori
competat privilegium? Fateor quidem, scholarum trivia- 46
lium curam referri inter jura Episcopalia Carpzov. in *Ju-
rispr. Eccles. l. 1. D. 9. n. 5. Brunn. in Jure Eccles. lib. 1. cap. 6. m.
12. §. 14. Mev. p. 7. D. 79.* & hinc præceptores in hisce scho-
lis, pariter atque eorum discipuli foram sortiuntur, in ci-
vilibus & delictis levioribus coram consistorio, accen- 47
sentur enim Præceptores Clericorum numero, Dn. Stryk.
in *Not. ad Br. Jus Eccles. lib. 2. c. 19. §. 8.* Imo Dd. eadem pri-
vilegia, quæ in nostra *Auth. studiosis* conceduntur, in-
dul-

CAP. I. DE FORO STUDIOSI

- 38 indulgent quoque illis, qui in scholis trivialibus literarum studia tractant Pacius *ad Auth. Habita cap. 4 num. 4* Matth. Steph. *de Jurisd. lib. 3. p. 2. c. 6. n. 45*. Limn. *lib. 8. cap. 9. n. 52*. Richt. *ad Auth. Habita disp. 2. p. 18*. 1) quia Imp. in Auth. loquitur generaliter de scholaribus, 2) quia eadem his militat ratio in scholasticis, quam imper. adducit in scholaribus, 3) quia beneficia Principum, quæ non tendunt in tertii præjudicium latè sunt interpretanda *l. beneficium 3. ff. de Constit. Princip.* Quam sententiam quidem in plurimis approbamus, verum quantum ad præsentem attinet materiam *fori* puto *competentiam*, contrarium statuere mihi necessum videtur. Nam præceptores in scholis trivialibus non habent jurisdictionem, sed tantum modicam castigationem Steph. *de Jurisd. lib. 3. part. 3. c. 3. n. 29*. Hillig. *ad Donell. lib. 17. cap. 20. pag. 193. in med.* in qua si modum excedant, & corpori damnum inferant, actione Legis Aquilæ conveniuntur, *l. 5. §. ult. & l. 6. ff. ad l. Aquil.* ibique Dn. Brunn. Hill *ad Don. lib. 3. cap. 24. lit. B.* ubi ad studia, inquit, adducendi pueri verbis & adhortationibus, magis quam verberibus, quæ servis potius, quam liberis convenire videntur. Ex dictis facile apparet, scholarum, qui in schola triviali valedixit, & sic quasi moderatoriæ potestati Magistrorum suorum renunciavit, animo se conferendi ad Academiam, plerisque frui beneficiis nostræ Authent. cum in eo procedat vulgatum illud: cingendus habetur pro cincto, si tamen coram Consistorio vel alio competente Judice actione pulsatus fuerit, ad Academiæ
- 49 Rectorem provocare non potest; idemq; observandum in scholari, qui jam in itinere constitutus, huic enim tribuitur immunitas à tributis, defensio ab injuriis, & libertas ab omni detentione, ob alterius cujuscunque provinciæ delictum sive debitum, si tamen ibidem vel contrahat

trahat vel delinquat ordinariæ judicis jurisdictioni sub-
 jicitur, de quo plura in *cap. 2. & 3.* Si vero ad Academi- 56.
 am pervenerit, ante omnia nomen suum apud Rectorem
 profiteri & curare debet, ut matriculæ inseratur, ex matri-
 cula enim postea probandum, aliquem esse studiosum, si ei
 quæstio status moveatur *Cothman. Resp. Academ. 18. n. 21.*
 & *Resp. 21. n. 12.*

Merito ergo hic excutiendum est, *sub cujus juris-* 57.
ditione sit is, qui studiorum causa ad Academiam se con-
tulit, sed nomen suum apud Rectorem professus non est? & e-
 um esse sub jurisdictione Rectoris probatur 1) quod stu- 58.
 diorum causa se ad eum locum contulerit, 2) quod in
 Auth. nostra nulla mentio fit immatriculationis. 3) *l. un.*
§. 2. ff. de honor. possess. ex testam. milit. miles dicitur, quam-
 vis in numeris non sit, accedit 4) Rectorem Academiæ
 pueri studiosum, qui nomen suum non proficitur, quod
 fieri non posset, si non esset sub jurisdictione punientis
 Horat. *Lucius tr. de Privileg. Scholar. in Præfat. n. 33.* E con- 59.
 trario qui negativam defendunt sententiam, adducunt *l. ex*
eo tempore 42. ff. de testam. militar. ubi Ulpianus perspicue
 tradit: ex eo demum tempore militem jure militari testa-
 ri posse, ex quo in numero est relatus, ante non, proinde
 qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti tyrones
 sint, & publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt,
 debent enim in numeros referri, eademque sententia com-
 probatur *l. fin. C. de Apparit. magistr. judic.* ubi iis tantum 60
 conceditur fori præscriptio s. exceptio, qui numero sunt
 inferti, & expedit quoque reipublicæ studiosos habere
 immatriculatos, ne fraus committi possit, in immunitate
 studiosis alias tributa. *Schneid. ad §. 15. I. de Excusat. n. 4.*
Richt. ad Auth. disp. 2 p. 24.

Enim vero si juxta Auth. nostram res decidenda fo- 61.
 ret,

B

ret,

ret utique ante hanc immatriculationem, studiosorum privilegia iis forent tribuenda, cum hæc privilegia tribuantur
 62 venientibus ad Academiam. Verum ex statutis locorum decisio petenda, ex quibus apparet, in plerisque locis præcise necessitatis esse, ut studiosi nomen matriculæ inferatur. Sic Jenæ intra proximum ab adventu triduum nomina sua coram Rectore profiteri necessum habent, vid.
 63 *Summ. LL. & Statutorum Academiae Jenensis Leg. 3.* Hic Francofurti quarto post accessum die nomen suum apud Rectorem profiteantur vid. *Epit. LL. Universitatis Francofurtanae leg. 2.* In Academia Giessena & Rostochiensis intra novem dies post accessum, immatriculatio petenda juxta *Limn. in f. B. lib. 8. cap. 6. n. 28.*

- 64 Verum quid si leges has violaverit, an ea propter mox sub jurisdictione Senatus? Affirmandum hoc videbatur, quia frustra implorat auxilium Rectoris, qui Academiae leges violavit, ex ipsis tamen statutis contrarium apparet, siquidem in *di. Epit. LL. Universit. Francofurt. Leg. 2.* expresse dicitur, quod secus faciens, certæ pœnæ arbitrio Rectoris determinandæ, reus esse debeat. Et *Leg. 3. ex Summ. LL. Academ. Jenens.* patet graviorem pœnam imminere illis, si quid commiserint, ante quam immatriculati fuerint, & denique additur: *Si porro detrectaverit obsequium, magistratui oppidano tradatur.* Plerumque tamen Academiae cum
 66 Senatu oppidano hoc nomine certa inierunt pacta. Sic Francofurti per Recess. Electoral. de Anno 1617. d. 30. Maj. §. Und weil die *Fundation* ausdrücklich vermag / daß keiner / der 15. Tage von Zeit seiner Ankunfft nachher Frankfurt anzufangen / verfließen / und sich dennoch nicht einschreiben lassen / vor einen Studenten soll geduldet werden / bletsers dabey auch noch mahl. Et §. seq. si talis delinquat, & cognitio & pœna
 67 Senatui oppidano adjudicetur, nisi adhuc immatriculatus fue-

fuerit, antequam Senatus oppidanus cognitionem delicti inchoaverit, vel ut ibidem dicitur: Indem er von niemand aufgetrieben worden wäre.

Verum quid si ob paupertatem vel aliam justam ⁶⁸ causam quod v. g. nondum certe secum constituerit, an in hac Academia studia tractare, an ad aliam se conferre velit? & hoc casu ad minimum professionem requiramus apud Academiae Rectorem. In multis locis praeter ⁶⁹ inscriptionem & juramentum, insuper requiritur, depositionis ritus, de quo late videri possunt *Limn. in fur. P. lib. 8. cap. 6. n. 10.* *Steph. de jurisd. lib. 3. part. 2. c. 5. n. 2. seqq.* de cujus ritus iustitia & utilitate in praesens differere non lubet.

Id magis expedit inquisivisse, *an studiosus non stu-* ⁷⁰ *dens nomen & privilegia studiosi mereatur?* Negat. defendit sententiam Harpr. *ad §. 15. I. de Excusat. n. 10. & 37. Gail. lib. 2. obs. 118. n. 8. Carpz. lib. 2. Resp. 32. n. 24. Ludw. Exerc. 1. ad inst. th. 2. lit. D.* quia 1) studiosis indulta sunt beneficia ⁷¹ intuitu studiorum, E. Baccho & Veneri mancipati excluduntur. 2) Beneficio indignus, qui id non facit, ad quod beneficium ei concessum est. *Arg. 2. F. 24. pr. nec 3) habitus facit Monachum, sed professio cap. 13. X. de Regularib. nec 4) Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum, nec 5) obest hac ratione paucos fore, qui- ⁷² *bus privilegia illa sunt tribuenda, cum ex iudicio Serenissimorum Electorum non curetur multitudo studiosorum, sed eorum desideretur pietas, honestas & industria, vid. Recept. Elect. de Anno 1617. §. Was auch vor grossen Muthwillen in sin. ibi: Wer dann auf unser Academi nicht studiren wil/ denselben lassen wir fahren/ ist uns auch an grosser Anzahl der Studenten nichts/ hingegen aber an dem/ das wir wenig gottesfürchtige/ fromme/ gelahrte und ehrsame Studenten haben/ alles gelegen.* Idemq; *judicavit Serenissimus* ⁷⁴*

Princeps Landgravius Hassiæ, satius scil. esse, paucos eosque bonos studiosos, quam numerosam otioforum aut malorum multitudinem habere *Limn. in J. P. lib. 8. c. 6. num. 49. in fin.*

75. Cui sententiæ haud invito subscribo, quantum ad privilegia reliqua attinet, quæ studiosis sunt concessa, si quis scortando, potando, vel artes illicitas exercendo, tempus terat, illi vero, qui in suo musæo privata industria, delibatis maxime principiis suæ disciplinæ, literarum studia diligenter tractat, beneficia hæc denegari non possunt *Limn. in Jur. Pub. lib. 8. cap. 6. n. 62.* Quantum vero attinet Jurisdictionem Academiae Rectoris, ea non liberatur studiosus non studens, & malè vivens, quin potius animadversionem Rectoris hoc nomine incurrit, à quo puniendus & admonendus *Steph. d. Jurisdic. lib. 3. part. 2. cap. 5. n. 32. Cothman. Respons. Acad. 21. num. 12.* Imo &
77. Magistratus oppidanus hac ratione amplissimam nancisceretur occasionem, studiosos prætextu studiorum negligenter tractatorum, subtrahendi Jurisdictioni Academiae *Harpr. ad §. 15. I. d. Excus. n. 30.* quod etiam praxis omnium Academicarum confirmat, ex qua notissimum, Nobiles aliosve immatriculatos manere sub Jurisdictione Rectoris Academici, licet collegia non frequentent, sed tantum exercitia tractent, quorum causa in Academicis versantur, cum per illa exercitia se dignos reddant bello & patriæ defendendæ *Limn. in Jur. Pub. lib. 8. cap. 6. num. 92.*
79. Vagantes quoque illi studiosi, ostiatim cantando, panem quærentes, privilegiis studioforum indignos iudicamus, utut enim hi peregrinentur, & exules fiant, de divitibus pauperes, semet ipsos exinanient, vitam suam multis periculis exponant, & reales sæpe injurias à vilissimis

simis

simis perferant, hæc omnia tamen non amore scientiæ patiuntur, verum sua culpa & ex insigni ignavia, cum E. horum obscurissimorum hominum inertia mundus illuminari non possit, omnibus privandi sunt privilegiis Steph. d. *Jurisdic. libr. 3. part. 2. cap. 5. num. 30.* Suevus ad *Auth. Habita Pericul. 3. th. 6. Pac. ad Auth. Habita cap. 4. num. 10.*

Id denique miror, quosdam Dd. privilegia studiorum denegare illis, qui in patria Academia student, ex quorum numero Sichardus ad *Auth. Habita num. 9.* Bald. ad *dist. Auth. n. 3.* idemque sentire Albert. Odofr. Sall. Pac. refert Steph. l. 3. p. 2. cap. 5. n. 34. ubi negativam vocat communem, affirm. vero benigniorem & verior. Utuntur autem ea ratione, quod 1) Imperator illis privilegia concedat, qui studiorum causa peregrinantur 2) ut fieri debeant exules 3) quod pignorari non possunt 4) quod peregrinantibus læpius quid indulgeatur, quod non peregrinantibus non conceditur vid. *Can. Clerici dist. 44. Can. Clerici Caus. 21. qu. 4.* Leviores tamen sunt hæ rationes, quam quod aliquem ad suum consensum commovere possint, sunt enim Patricii, in patria sua quoque studiorum causa, collegia frequentant, scientias sibi comparant, adeoque per hos quoque mundus illuminatur. Insuper matriculæ studiosorum inscribuntur, & in numerum studiosorum referuntur, ergo non possunt non eadem beneficia habere, quæ aliis competunt studiosis, qui ab exteris locis ad eam confugiunt Academiam Linn. *J. P. libr. 8. cap. 9. num. 48.* Anton. Matth. *Tr. de Judic. cap. 4. apbor. 43.* Cuppenerus *comment. ad Auth. habit. pag. 20. seq.* Hæc sufficiant dixisse de foro studiosorum in genere, nunc ordo verborum monet nos, ut explicemus, quis studiosus dicatur delinquens? Verum quia hæc quæstio

- 14
 prolixioretm meretur discussionem, huic labori hac vice
 supersedeo; extremo monstrans digito, delinquentem
 nobis dici, qui contra leges prohibentes tam reipubl.
 quam Academiæ quid peccavit. Unicam tamen obiter
 86. lustraturus sum quæstionem, an scilicet *nomine studiosi delin-*
quentis, & furis, veniat studiosus, qui fructus & uvas ex
hortis & vineis auferit? pro cuius negativa sequentia ad-
 duci possent. 1) Deus ipse *Deut. 23. vers. 24.* permittit cui-
 que vicini intrare vineam, facultatemque concedit, uvas
 87. vel vasis nihil secum domum retulerit. 2) Hæc lex in-
 ipsa charitate fundata videtur, quæ mandat, ut ex abun-
 dantia fructuum nostrorum modice succurramus illi, qui
 nullos ejusmodi fructus possidet 3) Accedit text. 2. *F. 27.*
§. ult. circa fin. ubi viatori circa viam stanti permittitur,
 illos fructus, quos in via stans apprehendere potest, suo
 88. equo pabuli nomine præbere, quod cum in equo con-
 cessum sit, quis eandem potestatem ipsi domino, sive ho-
 mini denegabit, ut prope viam stans uvas, quas appre-
 hendere potest, capiat & comedat 4) in hac ipsa Acade-
 mia Francofurtensi ejusmodi factum non vocatur *fura-*
ri, sed nomine magis civili *feudiviti*. Cum 5) animus lu-
 critiaciendi hic deficiat, sine quo furtum non committi-
 tur.
89. His tamen non obstantibus verior est sententia af-
 firmativa, quod is scilicet, qui agros, hortos, & vineas de-
 populatur, & delinquentis & furis nomine dignus sit,
 cum expresse in *§. 3. I. d. Obligat. quæ ex delict. nasc.* dica-
 tur: *Qui in vineo uvarum furtum fecit, quamdiu in eo vi-*
 90. *neto deprehensus fuerit, fur manifestus est.* Nec est, quod
 reponas, hoc intelligendum esse, si quis vestes vel vasa
 uvis & pomis impleat, vel famulum iis oneret, non ve-
 ro, si

ro, si quis tantum auferat, quantum satis est stomacho
 uvae desideranti & appetenti, Resp. enim & magnum
 & parvum furtum, furti nomine venire, ad hæc in o-
 mnium Academiæ statutis ejusmodi deprædatio pro-
 hibita esse solet, sic Jenæ *lex est* 13. *Nemo agros, hortos, vi-*
neasque depopuletur. Jam supra vero dictum, omnem il-
 lum esse delinquentem, qui leges Academiæ violat. Ad
 rationes modo adductas facilis est responsio. Ad 1) R.
 eam legem fuisse forensam, & cum republ. Judaica pe-
 nitus abrogatam. Ad 2) Charitatem Christianam qui-
 dem desiderare, ut aliis succurramus, modo legitimo id
 à nobis petatur modo, tantum scilicet pecuniæ penden-
 do, quanta est uvarum æstimatio, vel si pecunia instru-
 ctus non sit, gratis uvam aliquam petat, & alterius libe-
 ralitatem expectet. ad 3) R. eum textum loqui de casu,
 si equus alicujus plane deficiat, sic enim tantum frumen-
 ti, quantum prope viam stans capere & equo porrigere
 potest, ne equus plane deficiat. Quod cum in neces-
 sitate fundamentum suum habeat, sine distinctione ad
 consequentiam producendum non est. Si tamen ad stu-
 diosum applicare velis, in sequenti casu utilitatem text.
 præstare possit, si scilicet studiosus ex deambulatione, vel
 alia causa siti adeo affligatur, ut vix spiritum ducere pos-
 sit, perveniat vero ad hortum & ibidem poma adspici-
 at matura, carpere unum vel alterum tuto poterit, eoque
 reficere se, suasque vires periclitantes. 4) R. non meretur, 93.
 cum hodierna corruptela quodvis vitium, vel nomine
 virtutis, vel nomine indifferenti denominare amet, sic
 furtum, quando studiosus studioso libros & aliam rem
 ex suppellectili furatur, *promovivem* appellare solent,
 quod tamen nihilominus verum & proprium furtum est,
 prout in terminis tradit Harpr. ad §. 16. l. de obl. quæ ex de-
 liq.

94 *lib. n. 14. in fin.* Ad 5) repono, animum lucri faciendi supponi. Quoties enim iusta adest opinio dominum consensurum, tot. utique furtum dici non potest, nec delictum. Et hoc ex circumstantiis æstimandum, si enim fepimentum transcendat, domini consensus nullo modo prælumi potest, si vero januam videat referatam, & pomum aliquod prope januam jacere, domini consensum 95 inde colligere posset, multo magis si hospitis vel amici esset hortus vel vinea, nisi constet studioso, hospitem eos protervo & indignante excipere oculo, si veniant visitari vineam. Jam relicto hoc capite me confero ad

CAP. II.

De

Foro Studiosi delinquentis in Civilibus.

SUMMARI A.

<i>Academiae Rector studiosorum</i>		<i>Studiosus coram Magnifico Rectore convenitur, contra</i>	
<i>Judex est competens. n. 1</i>		<i>quamcumque personam etiam</i>	
<i>An quis sui foro renunciare possit?</i>	2	<i>peccaverit.</i>	34
<i>An adhuc hodie?</i>	4 seq.	<i>Etiam si puellæ osculum dederit.</i>	35
<i>An studiosus hodie foro suo renunciare possit?</i>	11 seq.	<i>An de stupro coram Rectore conveniri possit?</i>	36
<i>An studiosus civem conveniens coram Senatu oppidano reconveniri possit?</i>	27	<i>An studiosus ex l. un. C. quando Imp. statim ad Principem vocari possit?</i>	39
<i>Studiosi sequuntur forum rei.</i>	31	<i>An studiosus Rectorem possit dicere</i>	

<i>dicere suspectum?</i>	44	<i>Forum studiosorum competit</i>	
<i>Commendatur juramentum per-</i>		<i>etiam eorum cognatis, &</i>	
<i>horrescentia.</i>	46	<i>nunciis.</i>	66
<i>Quod etiam reo conceditur.</i>	47	<i>Quamdiu competat?</i>	69
<i>An Rector injuriam sibi illa-</i>		<i>An studiosus uxorem ducere</i>	
<i>zam vindicare possit?</i>	49	<i>possit?</i>	70
<i>Magnificus Rector de compe-</i>		<i>Studiofi uxor habet etiam fo-</i>	
<i>tentia fori iudicat.</i>	53	<i>rum privilegiatum.</i>	73
<i>Non vero de exceptione iudicis</i>		<i>Idemque studiosorum liberis</i>	
<i>suspecti.</i>	54	<i>tribuitur.</i>	76
<i>Rector punire potest studiosum,</i>		<i>Et famulis studiosorum tribui-</i>	
<i>si sententiam accuset inju-</i>		<i>tur.</i>	77
<i>stam.</i>	55 seqq.	<i>Contrarium tamen observatur</i>	
<i>Miles quoque studiosum coram</i>		<i>in hac Viadrina.</i>	78
<i>Rectore convenire debet.</i>	57	<i>Ratione rei sita studiosus con-</i>	
<i>Nec refert in quo loco Acade-</i>		<i>veniri potest coram alio ju-</i>	
<i>mia commiserit.</i>	58	<i>dice.</i>	80
<i>Quid si delictum commiserit,</i>		<i>An Professoribus competat im-</i>	
<i>antequam se ad Academi-</i>		<i>manitas ab oneribus?</i>	81 sq.
<i>am contulisset?</i>	59	<i>Quod etiam studioso tribuitur</i>	
<i>An delinquens absens in loco</i>			85
<i>delicti conveniri possit?</i>	61	<i>Quid singulare in hac Viadri-</i>	
<i>An studiosus nocturno tempore</i>		<i>na constitutum sit?</i>	87
<i>dejiciens teneatur?</i>	63 seq.		

Academia Rectorem hodie iudicem esse compe- 1.
tentem in studiosorum delictis e. l. n. 40. indicatum
fuit. Quem iudicem studiosus reculare, aliumque
Magistrum vel Episcopum eligere non potest, vid. cap. 1.
n. 42. Verum id nobis jam inquirendum: *An studiosus,* 2.
si velit suo foro renunciare, & se coram incompetente iudice
sistere, possit? Et jure Romano prorogationem Juris-
dicti-

C

- 18
 dictionis fieri posse extra dubium *l. 1. §. 1. ff. de judic. l. 18. ff. de jurisdic. l. 21. C. de pact. quæ prorogatio etiam tacite fieri potest, si quis ad judicem non competentem citatus exceptionem judicis non competentis non opposuerit l. fin. C. d. Except. utut enim privati Jurisdictionem dare non possint l. 3. C. de Jurisdic. aliud tamen est dare Jurisdictionem, & aliud jurisdictionem, quam jam habet, prorogare. Brunn. ad d. l. 3. n. 1. An vero hæc prorogatio in praxi observetur Dd. non conveniunt. Plurimi defendunt negativam Brunn. ad l. 1. ff. de judic. n. 7. Gail. l. 1. obs. 40. n. 5.*

- Affirmativa tamen sententia nobis probabilior, quam defendit Magnif. Dn. Stryk. in *Uf. Mod. ff. tit. de Jurisdic. §. 22. Berl. part. 1. concl. 5. n. 31. Manz. in Decis. Palat. Decis. 97.* quia adhuc hodie quis contrahendo & delinquendo se subjicere potest alterius jurisdictioni, verum litis contestatio est quasi contractus, ergo per eam quis se subjicere potest alterius jurisdictioni vid. *l. 3. §. 11. d. pecul. negandum ergo in praxi aut forum contractus, aut*
6. *admittenda prorogatio per quasi contractum facta. Præterea adhuc hodie admittitur renunciatio exceptionis fori, eique suus tribuitur effectus, imo ut singularis cautela commendatur, ut quis se obliget, quod velit in quocunque loco solvere, ubicunque etiam fuerit repertus, vi cujus pacti adhuc hodie coram quocunque judice tanquam in loco contractus respondere reus teneatur, ut fatetur. contrariæ alias sententiæ antesignanus Gail. l. 2. obs. 36. n. f. & cum eo Zang. d. Except. p. 2. c. 1. n. 149. Mev. p. 1. D. 242. n. 6. Brunn. ad l. 47. ff. de Administ. & pericul. tut. n. fin. Dn. Stryk. in Caut. contr. sect. 1. c. 5. §. 18. Struv. & Matth. tr. d. Judic. c. 4. apb. 49.* rejicienda ergo aut omnia pacta, per quæ quis judici non suo subjicitur, aut admittenda adhuc hodie

die prorogatio invito iudice, hæc pacta enim nihil aliud important, quam prorogationem.

Differentium ratio, quod jurisdictio hodie sit pa- 8.
trimonialis, nostram sententiam non ferit, negamus enim
consequentiam, exinde concludi posse: hodie proroga-
tionem non amplius admitti, utut enim sportulæ iudicii
subtrahantur sic iudici, id tamen fit jure permittente, &
quia iudex nullam operam in hac causa impendit, aut
iudicii molestias habuit, quia alias ex hac ratione neces- 9.
sario quoque concludendum, subditum nec contrahen-
do nec delinquendo se subjicere posse alterius jurisdictio-
ni, quod tamen hætenus nemo sustinuit, sequeretur porro
ex eadem consequentia, privatos hodie non posse in arbi-
tros compromittere, cum & hac ratione sportulæ iudicii
subducantur, quod tamen nemo hætenus defendit; Imo 10.
sequeretur nec transactiones permitti posse, ne iudex
sportulis privetur, quod tamen absurdum, interest enim
reip. lites minui. l. 21 in fin. ff. d. reb. credit.

Cum vero Dd. non convenient, an prorogatio ju- 11.
risdictionis adhuc hodie sit in ulu, mirum non est, si in
speciali quæstione, an scilicet studiosus suo foro tacite
vel expresse renunciare possit, non convenient. negat.
enim defendunt Coler *Decis. 296. Richt. ad Auth. Habita.*
disput. 6. p. 142. Coch. in prax. for. Germ. part. 1. cap. 3. §. 15.
Carpz. p. 1. c. 27. d. 10. Steph. de jurisdict. libr. 3. part. 2. cap.
12. n. 52. 1] enim, dicunt, jurisdictionem nullo modo pro- 12.
rogari posse, nisi iudex de cujus jurisdictione prorogan-
da agitur, sit capax illius jurisdictionis, ad quam proro-
gatio fit, verum nullus iudex jurisdictionis Academicæ
in studiosos capax est. E. 2) quia hoc fori privilegium 13.
non est personale, sed toti universitati indultum E. ei re-
nunciare non licet *cap. 12. X. de foro competent. 3) Impera-*
tor

- tor jus eligendi unum ex tribus iudicibus concessit. Et tacite prohibuit aliis iudicibus se subicere 4) contra dignitatem foret studiosorum, si oppidanus magistratus de eorum negotiis iudicare posset, 5) hodie studiosi iuramentum Rectori præstare tenentur, vi cuius postea obligati, ut quandocunque citati coram Rectore compareant, adeoque iurisdictioni aliorum se subicere non possunt. 6) nec Clerici iurisdictioni magistratus secularis se subicere possunt *cap. 12. Et c. significasti 18. X. de for. compet.*
14. quia hoc beneficium fori toti collegio ecclesiastico publice indultum, cui privatorum pactio derogare non potest, adeo, ut ne jurata quidem renunciatio Clericorum valeat, *d. c. 12.* studiosi vero Clericorum numero accensentur & eorum gaudent privilegiis.
15. His tamen non obstantibus contraria sententia validioribus niti videtur rationibus, quam defendunt Hil- lig. *ad Donell. lib. 17. c. 20. lit. K. pag. 192. circ. fin.* Bach. *ad Treutl. vol. 1. disp. 3. th. 7. lit. E. ad verb. vel prorogatur in fin.* Speckh. *cent. 1. quest. 57. n. 19.* Cärpz. *lib. 2. Respons. 32. n. 25.*
16. Pac. *ad Auth. Habita c. 9. n. 10.* & pro hac sententia præjudicium adducit Suevus *ad Auth. Habita diff. 6. th. 3. de An. 1655.* ad consultationem Christoph. Moyses studiosi ibi: Wenn gleich die Studiosi ex Auth. Habita ihren absonderlichen und privilegirten Gerichts. Stand haben/ dennoch aber und dieweil ihre euch allbereit vor dem Rath zu Ebernförde eingelassen / und Caution daselbst zu stehen eydlich bestellet / so möget ihre euch daselbst nunmehr zu stehen nicht entbrechen/ sondern seyd des Nechten allda auszuwarten schuldig.
17. Quæ sententia solida nititur ratione, quod adhuc hodie cuiuslibet liberum sit, beneficio suo uti vel non uti, & quod studiosis licitum sit transigere, vel in arbitrium compromittere, contradicente licet Academia Rectore, utpo-

utpote, qui in mere civilibus officium suum impertiri non potest, nisi imploratus. Nec est quod regas, multum interesse, an quis compromittat in arbitrum, an quis proroget jurisdictionem judicis non competentis, priori enim casu laudo contradici, & ad Rectoris officium tanquam bonum virum provocari posse, adeoque causa non subducitur jurisdictioni Rectoris, quod secus est, casu posteriori, cum à Senatu oppidano non provocetur ad Academiae Rectorem. Repono enim posse paciscentes reductioni ad arbitrium boni viri renunciare, & promittere, se velle laudo stare, sive æquum sive iniquum illud fuerit *l. 26. §. 2. ff. de recept. arbitr. quæ lex adhuc hodie in usu Dn. Stryk. in Caut. contr. Sect. 2. cap. 8. §. 38.* nec in studioso legitur correctæ, si vero adhuc hodie permissum, causam simpliciter subicere laudo arbitri, quidni etiam licitum esset, causam civilem subicere judici non competenti.

Contraria facile dilui possunt 1) enim negamus, si studiosus ex libera voluntate se subiciat jurisdictioni judicis non competentis, & sufficit judicem habere talem jurisdictionem, qualem requirit præsens causa, in judicium deducta, certissimum enim est, in personas privilegiatas judici non competere jurisdictionem, attamen hi jurisdictionem non competentem prorogare possunt *l. 29. C. de pact.* Ad 2) respondeo hoc privilegium & toti Universitati & singulis competere, hinc si unus renunciarit suo foro, hoc reliquis non nocet, sed suo privilegio tantum renunciaffe censetur. In 3) negamus consequentiam unius enim inclusio, non est alterius exclusio, & Imperatoris propositum non fuit in *Auth. Habita.* beneficia juris communis studiosis adimere, sed potius singularia privilegia concedere. Nec 4) exinde aliqua injuria

CAP. II. DE FORO STUDIOSI

22. iuria in studiosos vel prorogantes, vel alios commilitones redundare potest, quod inferiori se submitrat magistratui, cum novum non sit, eum, qui in longe majori dignitate constitutus, prorogare posse jurisdictionem inferioris. Nec s) juramentum stringit, cum nullibi sancitum, ut quis ratione juramenti præstiti forum sortiatur, si credere velis Carpzovio in *Process. tit. 3. art. 4. n. 81.*

24. Id certum, studiosum non posse dici perjurum & inobedientem, qui jure legibus concessio utitur, vel non utitur, prout bene considerarunt Hillig. ad Donell. *libr. 17. cap. 20. lit. K. p. 193.* Umm. in *Pr. disp. 4. n. 67.* id quidem fluit ex hoc juramento, non posse studiosum ad Rectorem citatum, declinare ejus forum, quod ambabus concedimus manibus, verum id negamus, exinde sequi, studiosum non posse alterius judicis jurisdictionem prorogare. Ad
25. 6) repono, Papam quidem prohibuisse prorogationem Clericorum, etiam juratam, sed sine solida ratione, ut ipsi Pontificii fatentur, vid. Franciscus de Roy in *Inst. f. Can. lib. 3. tit. 2. pag. 287.* ratio enim illa *cap. 12.* quod pacto privatorum juri publico derogari nequeat, impertinentis, fucus & color potius, quam ratio vera ex Cujac. Petro Fab. Vultej. Bocer. Matth. Steph. statuit Hillig. ad Donell. *lib. 17.*
26. c. 10. lit. Y. & quæso qua conscientia Papa tale juramentum invalidum dicere potest, cum ipse antea in *cap. cum contingat. 28. X. de Jurej. & cap. 2. de pact. in 6to.* statuat: quod omne juramentum, quod salva conscientia servari potest, servari debeat. Verum cum claræ sint *L. si quis s. 1. C. de Episcop. & Cleric. & l. 29. C. de pact.* prorogationem Clericorum admittentes, merito Evangelici sequuntur in hac quæstione, jus civile Wissenb. ad *ff. Vol. 1. disp. 6. th. 39.* Dn. Stryk. in *Caut. Contr. Sect. 1. cap. 5. S. 18. in fin.*
27. Dictis similis est illa quæstio: *An studiosus, si civem coram*

coram Senatu oppidano conveniat, ab hoc coram Senatu vicissim conveniri possit? Negat. defendit Steph. de Jurisd. lib. 3. part. 2. cap. 12 n. 48. Excellentiss. Dn. Swendend. celeberrimæ Academiæ Lipsiensis P. P. Præceptor meus ætatem devenerandus. ad Eckolt. tit. de jurisdic. §. 11. Coch. in Prax. Forens. Germ. part. 1. cap. 3. §. 15. Hillig. ad Don. lib. 17. cap. 18. lit. M. Richt. ad Auth. Habita pag. 146. Suev. ad dist. Auth. diff. 6. th. 4. in med. quia 1) studiosorum conventio ad singularem Magistratum restricta Auth. Habita. 2) quia studiosi expresse jurisdictionem prorogare non possunt. 3) Studiosus nec ex justissima causa, coram alio Magistratu conveniatur. d. Auth. Verum affirm. sententiam tuentur Umm. in Proc. diff. 10. n. 8. Nicol. in Proc. cap. 13. n. 6. Brunn. in Proc. civ. cap. 10. n. 4. quorum sententiam & nos defendimus, quia 1) quilibet actor eundem judicem, quem in conventionem implorat, in re conventionem etiam admittere tenetur L. cum Papinianus 14. C. de Sentent. & interloc. ita ut nec 2) forum privilegiatum habens ab hac necessitate excipiatur L. qui non cogitur 22. ff. de Judic. ita ut nec 3) legati excipiantur l. 2. §. 5. ff. de Judic. nec Clerici, Gail. lib. 1. obs. 37. n. 6. Hillig. ad Don. lib. 17. cap. 18. lit. M. Brunn. ad d. l. 14. n. 2. Clericorum autem numero veniunt & studiosi. 4) Nec Principes imperii excipiuntur Umm. in Proc. Diff. 10. num. 8. Nicol. in Proc. cap. 13. n. 6. imo ipse Imperator actor coram eodem iudice reconveniri potest. Berl. part. 1. concl. 22. n. 11. Dn. Præses in Synops. Jur. priv. ad ff. tit. de Jurisdic. n. 20. cur ergo ipse Imperator privilegia quæ nec sibi nec suis principibus concessit, dici posset tacite ea concessisse studiosis.

Id alias dubio caret, studiosum actorem non posse rerum ad suum forum trahere Coch. in Prax. forens. German. part. 1. cap. 3. §. 15. Hillig. ad Don. lib. 17. cap. 28. lit. E. sed sequi-

CAP. II. DE FORO STUDIOSI

24.

sequitur forum rei, licet dissentiat Rebuff. *Privil.* 166. in Academia tamen Lugdunensi Batavorum studiosi eo gaudent privilegio, quod agentes alios ad Rectorem vocent Donell. *enucleat. lib. 17. cap. 20. lit. E. Wissenb. ad ff. volum. 1. Diff. 16. th. 24.*

32.

Pluribus haftenus indicatum, qua ratione studiosus delinquens in civilibus coram alio quoque iudice conveniri possit, nunc instituti ratio urget, ut pluribus deducamus studiosum delinquentem, si ab aliquo in civilibus conveniatur, non posse declinare forum Magnifici Re-

33.

ctoris, qualescunque etiam 1) fuerit delictum, ex quo civiliter agatur. 2) contra quamcunque personam delictum commissum, vel 3) in quocunque Academiae loco delictum commissum, vel 4) quocunque tempore delictum perpetratum, jam de singulis.

34.

Rectorem Academiae in omnibus delictis civilibus jurisdictionem competentem habere, non poterit non esse notissimum, si ergo studiosus a cive de furto civiliter conveniatur, Rectori cognitio committenda. It. si studiosus fornacem, januam, fenestras fregerit, & ex Lege Aquilia conveniatur, Rectoris fundata est jurisdictio. Idemque judicandum de actione injuriarum v. g. si studiosus de certa puella dixerit, eam esse bellam, de quo vid.

35.

Limn. in Jur. Publ. lib. 8. cap. 6. n. 102. Vel si studiosus puellae invitae osculum rapuerit de quo Struv. *Exerc. 49. th. 58. n. 1.* Strauch. *Ex. Just. 19. th. 14.* Dn. Stryk. *tract. de Jur. Senf. Diff. 7. cap. 5. n. 13.* ubi bene monet, juvenem mitius puniendum esse hoc casu, si praenimio amore puellam exoscultatus fuerit. Verum in inquirendis variis studiosorum delictis me non detinebo, sed hoc munus aliis relinquo.

36.

Id tamen nostro inservit proposito, ut videamus an studiosus coram Rectore conveniri possit de stupro commissio? & dist.

& dist. hoc casu, an agatur ad pœnam imponendam, & Rectoris jurisdictio utique se extendit ad stupri cognitionem & pœnam, an vero agatur de promisso simul matrimonio; Hoc in casu Magnificus Rector de hac controversia cognoscere eamque dirimere non potest, cum matrimonialia pertineant ad jura Episcopalia, quæ tractantur in Consistoriis, vel supremis cujusque loci judiciis Dn. Stryk. *ad Brunnem. Jus Eccles. lib. 2. cap. 18. §. 28. verbis: magna cautione ibique Præj. in fin. & Suevus ad Auth. Habita. pericul. 6. th. 9.* Id tantum dubium, ad quam jurisditionem pertineat si puella stuprata non matrimonium, sed dotem petat? & in Consistoriis hanc causam discernendam esse statuit Carpz. *in Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 231. n. 10.* Dn. Brunn. *in Jur. Eccles. lib. 2. cap. 18. §. 25.* quia satisfactio stupratæ faciendæ, tanquam causâ, dependens à matrimonio, consideratur, inque ejus locum surrogata dicitur Carpz. *dist. loc.*

Mentionem fecimus supra non interesse contra quem delictum sit commissum, actor enim sequitur forum rei. *fin. C. ubi in rem. act.* Verum id non adeo expeditum: an persona miserabilis, si a studioso injuria fuerit affecta, eundem, præterito Rectore, statim ad tribunal Principis vocare possit. *ex l. un. C. quand. Imp. inter pupill.* cujus quæstionis decisio ab eo dependet, an studiosus quoque sit persona miserabilis? si enim hoc affirmetur cum *Mev. part. 6. Decis. 220. n. 1. in fin. Treutl. vol. 1. Diss. 3. th. 10. lit. E. Hillig. ad Donell. lib. 17. cap. 20. lit. E.* merito negative adducta quæstio decidenda, cum privilegiatus contra privilegiatum non utatur suo privilegio. Verum quia studiosum non dicimus personam miserabilem, merito contrarium quoque nobis defendendum in adducto casu cum Carpz. *lib. 2. Resp. 37. n. 23. Hunn. ad Treutl. dist. Diss. 3. qu. 63. Julio Pacio ad Authent.*

D

tent.

- thent. Habita cap. 9. n. 11. illæ enim personæ gaudent beneficio l. un. C. quando Imp. inter pup. quæ se commode defendere non possunt, ut sunt viduæ, pupilli & perpetuo*
42. morbo defatigati *d. l. un.* Hinc virgini quidem parentibus orbata, majorenni, hoc beneficium concedere possumus, de quo in cathedra, studioso vero id tribuere non possumus, quia ille se defendere potest. Nec obstat *Auth. nostrabi: quis enim eorum non misereatur.* Respondeo enim studiosos, ob incommoda peregrinationis & labores assiduos subeundos, miseratione dignos dici, non vero ex illa ratione, quod se in judicio defendere non possint, imo si Princeps hoc beneficium *l. un.* etiam studiosis concedere
43. voluisset, in ipsa *Auth. nostra* in qua electionem concessit studioso, inter Episcopum, Dominum & Magistrum aliquem eligendi, adjecisset quoque vel ad nos provocandi, verum cum hoc factum non sit nec nostrum erit studioso hoc beneficium tribuere.
44. Si vero studiosus Professori vel Doctore injuriam aliquam intulerit, studiosus sine dubio coram Rectore hoc nomine conveniri potest, verum *quid si studiosus Rectorem suspectum habere velit?* Resp. si justa suspicionis causa subfit, his vel Pro-Rectori committenda, vel toti Senatui Academico causa decernenda. Totum enim aliquod collegium, ut suspectum, recusari non potest, licet nobis sit cum uno ex collegio *Carpz. in Proc. tit. 3. art. 4. num. 87.* sed illi, qui præcipue suspecti, removendi, reliqui vero causam cognoscere & in ea judicare possunt, *Struv. in Jurispr. lib. 4. tit. 6. §. 2.* si vero studioso & hoc periculosum videatur, vix commodius consilium suppeditari potest,
46. quam ut studiosus se offerat ad *juramentum perhorrescentiæ*, in quo jurat, se ex justa causa non credere, se justitiam à judice impetraturum, & hinc perhorrescere coram eodem

eadem litigare. Quod iuramentum usu fori approbatum Brunnem. in *Proc. civ. cap. 23. n. ult. Mev. part. 6. Dec. 71. n. 3. Mynf. cent. 3. obs. 58. Lauterb. tract. Syn. de Juram. §. 2. n. 54.* Et licet alii soli auctori hoc remedium concedant, utpote qui aliud non habet, reo verò sufficere credant exceptionem iudicis suspecti *Mev. part. 6. def. 71. n. 4. & inferior tamen est sententia, quod reo quoque sit concedendum, cum hoc remedium sit pinguius, exceptione iudicis suspecti, utpote in qua causæ suspicionis sunt probandæ. In hoc iuramento vero standum soli sententiæ iurantis, cum solus timor sufficiat cap. statutum 11. §. cum vero de Rescript. in 6to. Feltman. de Juram. perhorresc. disp. 1. c. 4. n. 1. Blum. Proc. Cam. tit. 37 n. 19. Dn Stryk. in Introd. ad prax. cap. 9. §. 17. cum Reo denegandum non sit, quod auctori concessum l. 41. pr. ff. de R. J.*

Verum quid si iniuria ipsi Reætori Academiæ illata. an ipse de ea iudicare & studiosum punire potest? Distingv. an ratione officii sit illata, & Magistratus ipse iniuriam punire potest, iuxta *Gail. lib. 1. obs. 39. n. 4.* quem *Dd. communiter sequuntur Mev. part. 5. Dec. 323. n. 7.* merito tamen hoc periculosum esse inquit *Brunn. adl. 10. ff. de Juridict. n. 2.* cum iudex facile iniuriam maximi æstimare possit. Hinc acta in collegium extraneum transmittenda suadet *Brunnem. d. l. n. 3. Dn. Joh. Philipp. Us. Pract. Inst. lib. 4. Eclog. 33. n. 7. & ipse Gail. d. l. n. 4.* fatetur, id non procedere, si iniuria non sit admodum liquida, vel si iudex ad pœnam sibi applicandam agat. Verum hodie communiter iudices si non totam, tamen pœnæ partem tanquam fructum iurisdictionis capiunt, hinc non leve suboritur dubium, an iudex hodie, ob iniuriam sibi illatam, pœnam pecuniariam imponere possit, quia non ignorat, se certo partem eius

- eius accepturum. Verum communiter iudices id non attendunt, sed in continenti & pœnam dicunt, & arresto iniuriantes detinet, donec pœnam dictatam solvant, quod tamen sine iure ex solo avaritiæ impulsu faciunt. Si vero Rectori iniuria inferatur, non ratione officii, certum est, Rectorem non posse simul actoris & iudicis sustinere partes, cum sic non officium defendat, sed personam.
53. Similis ferme casus, si quis coram Rectore se sistere nolit, quod sit incompetens vel suspectus, sic de competentia, quia eius officium concernit, ipse iudicat l. 2. pr. ff. si quis in jus voc. l. 5. ff. de iudic. Brunnem. in Process. Civil. cap. 7. n. 8. Dn Stryk. in Us. Mod. ff. tit. si quis in jus voc. §. 1. Gail. lib. 1. obs. 34. num. 4. Zang. de except. part. 2. cap. 1. num. 447.
54. Si vero exceptio iudicis suspecti ei apponatur, ipse Rector de causis suspicionum iudicare non potest, sed toti Senatu Academico vel Principi, huius diiudicatio committenda vid. Gail. d. obs. 34. n. 6. Mev. part. 2. Dec. 31. n. 3. Zang. d. 1. P. 2. c. 4. n. 21. ratio diversitatis hæc est, quod exceptio iudicis suspecti reprehendat personam, & indignationem moveat Brun. ad l. 2. ff. de iudic. n. 17.
55. Quid si ergo studiosus conqueratur, Rectorem sibi iustitiam denegasse, vel iusto severiorem sententiam tulisse, hinc se meditari vindictam, vel Rectorem citet ad Dei tribunal vor das jüngste Gerichte? si studiosus ob latam contra se sententiam eiusmodi verba protulerit, Rectorem ratione officii hanc iniuriam pati dixerit, & hinc iuxta magis receptam Dd. sententiam, ipse eam vindicare posset, tutius tamen hoc casu coram Senatu Academico satisfactionem desiderabit Rector, ut M. Maio 1636. à collegio Juridic. Jenens. pronunciatum, teste Bechman. tr. de Studios. privileg. cap. 11. num. 14. qui studioso hoc nomine depre-

deprecationem & pœnam extraordinariam imposuerunt.

Alias nec milites, si contra studiosum delinquentem 57. civiliter agere velint, à regula *l. fn. C. ubi in rem act.* excipiuntur, sed tam gregarii, quam gregariis præpositi, coram Rectore suas instituere tenentur actiones, non vero sibi ipsis, pessimo exemplo, ius dicere, cum inde plurima sequantur incommoda, ut quotidiana testatur experientia.

Diximus studiosum de delicto civiliter conveniri 58. posse coram Rectore, in *quocunque etiam loco illud commissum sit?* Si ergo in Academia vel pagis Academiae iurisdictioni subiectis studiosis alicui furtum, iniuriam, damnum &c. intulerit, coram Rectore eius nomine satisfactio à studioso exigitur. *Sed quid si ejusmodi delictum admiserit antequam ad 59. Academiam se contulisset?* Negat. defendit Rebuff. *de Priv. studios. priv. 121.* Steph. *de jurisd. lib. 3. part. 2. cap. 12. n. 58.* Pacius *ad Auth. Habita cap. 9. n. 14.* Struv. *Ex. 9. th. 25. n. 2.* Utuntur ea ratione, quod studiosus in Academia non ha- 60. beat domicilium, sed ius revocandi domum arg. *l. un. C. in quib. caus. mil. for. præscr.* Idemque statuunt, si in contractu alibi inito conveniatur dd. Dd. & Frantzk. *lib. 1. Resol. 16. n. 68.* Hillig. ad Donell. *lib. 17. c. 12. lit. E.* Quæ sententia utur communis, si tamen ex Authent. quæstio decidenda, præferendam putarem opinionem contrariam, cum Vul- tei. & Hillig. ad Don. *lib. 17. cap. 16. lit. F.*

Si vero admittamus opinionem communem, studi- 61. osum delinquentem, ob delictum extra Academiam commissum, non sortiri forum coram Rectore, merito hic videndum, *an coram iudice loci, ubi delictum commissit, conveniri possit, si ibi non deprehendatur?* Et magis est recepta negativa Dd. opinio Gail. *lib. 2. obs. 36. num. 14.* Carpz. *lib. 2. Resp. 26.* Struv. *Ex. 9. th. 45.* quæ ab Electore Sax. confirmata

CAP. II. DE FORO STUDIOŒI

- 30
62. *Dec. 89.* cuius ratio est, quod per delictum maxime privatam, quasi contrahatur, iam in praxi recepta abunde sententia, contrahentem in loco contractus conveniri non posse, nisi ibi deprehendatur, *cap. 1. vers. contrahentes de for. compet. in 6to, Carpz. lib. 2. Resp. 30. n. 3. Gail. d. l. Magnif. Dn. Stryk. in Introd. ad prax. cap. 1. §. 31.* argumentum verò à contractibus ad delicta quoad forum fortiendum procedit *Berl. Decis. 181. in fin.* licet hic alias nobis videatur contrarius.
63. *Nec tempus quicquam diversitatis nobis suggerit,* sive enim nocturno sc. diurno damnum studiosus intulerit, coram Rectore facinoris rationem reddere tenetur, id non aded clarum, an studiosus teneatur ex lege Aquilia, si alii tempore nocturno deiiciendo vel effundendo damnum
- 64 dederit, nam in *l. 6. §. 1. ff. de his, qui effuderint* distinguitur, an vulgo in eo loco iter fiat, & teneri nocturno tempore deiicientem, statuitur, si vero id tali loco non fuerit, deiiciens actione pulsari non potest. *Dn. Brunn. ad d. l. 6. n. 2.* hoc nomine statuit, in civitatibus ac vicis noctu non commeari, cum hoc proprium sit non honestorum hominum idemque
65. *Gothofred. ad b. l. lit. a.* censet, quod sc. vel liquidum aut illiquidum de nocte dejiciens in aliquem, non teneatur de effuso, quod mihi videtur restringendum, si factum sit post horam circiter 10. circa horam 7. 8. 9. vero, quia studiosi communiter à mensa sua recedere solent, hæc sententia procedere non posset.
66. Diximus hæctenus de foro studiosorum, idem tamen hoc forum competit studiosorum parentibus, fratribus, sororibus, amicis, tutoribus, *Pac. ad Auth. Habita c. 4. n. 15.* imo & nunciis, si illi eos in Academia visitent, vel si ad studiosos mittantur per *Auth. Habita* ibi: *tam*
67. *ipsi quam, eorum nuncii veniant,* cujus ratio satis est evidens

dens, ne scilicet homines callidi, dum studiosus oppignora-
 rare prohibentur, id obliqua via, nuncios eorum morando
 faciant Steph. *de Jurisd. lib. 3. part. 2. cap. 6. n. 1.* & scho-
 lares tuto de his dicere possunt: qui vos tangit, nos tan-
 git, qui vos spernit, nos spernit, qui vos impedit, nos
 impedit, vita vestra, vita nostra Carpz. *lib. 6. Respos. 119.*
n. 6. Limn. lib. 8. cap. 9 n. 53. Dum enim imperator con- 68.
 cesfit, ut possint tuto habitare, intelligitur quoque con-
 cesisse, non ut soli habitent, sed etiam cum iis habitent, qui-
 buscum est habitandum, & hospites quoque recipiant arg.
l. 2. § 7. ff. de Us. & Habit.

Quamdiu vero parentes, fratres studiosorum hoc 69
 privilegiato foro fruuntur, in jure decisum non est, hinc
 dicendum à judice tantum tempus constituendum esse,
 quod sufficere possit, ut læti domum revertantur. Se-
 natus Appellationum Dresdensis octiduum sufficere
 credidit Carpzov. *lib. 6. Respos. 119. n. 19.* Verum si parens
 vel frater fuerit homo celebris qui multis Professorum
 convivii excipitur, non sufficere videtur hoc octidu-
 um.

Id non immerito hic disquiri posset, *an etiam uxor* 70
studiosi, si aliquam secum afferat ex scholis vel patria, eo-
dem fori gaudeat privilegio? non quidem in præsens ex-
 cutere lubet, an utile hoc sit, an minus expediat, interim
 hoc certum, dari istiusmodi casus, nec adeo videtur ab-
 surdum propriam habere uxorem, & nihilominus conti- 71.
 nuare literarum studia addiscere, nec ullum locum repe-
 riri potui, in quo prohibitum inveniam, ne studiosus sibi
 ducat uxorem, quin potius ad eos quoque pertinere cre-
 do, dictum illud Pauli: melius est inire matrimonium,
 quam uri.

Nec est, quod objiciatur studiosum uxorem alere non- 72.
 dum

dum posse, Respond. hanc rationem non esse sufficientem, ut aliquis abstineat à matrimonio; cum alias multi homines in calibatu vivere necesse haberent, imo ipsa uxor succurrere posset marito studioſo, lavando scil. texendo, vel etiam aliis cibum præparando.

73. Statuimus ergo, uxores quoque studioſorum, ut & eorum liberos, in civilibus subesse jurisdictioni Rectoris, quia Professorum, Doctorum, Magistrorum Notariorumque uxor & liberi eo gaudent privilegio *L. Medicos 6. C. de Profess. & Medic.* & in genere verum, uxorem sequi forum & dignitatem mariti *L. mulieres C. de dignitat. ubi Imperatores mulieres*, inquirunt, honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. *Si autem minoris ordinis virum sortite fuerint, priore dignitate privatae, posterioris mariti sequentur conditionem.* Quam totam legem in studioſorum quoque uxoribus & viduis servandam esse nulli dubitamus, approbante id quotidiana experientia add. *Steph. de Jurisdic. lib. 3. part. 2. cap. 6. n. 3. Lanſius d. Aca- dem. pag. 65. Cothman. Resp. Acad. 14. Resp. 15. Resp. 16. & Resp. 17. Rebuff. de priv. univers. priv. 150. & priv. 166. Ju- lius Pac. de priv. studios. c. 4. n. 1. Sichard. ad nos. Auth. Habita n. 11. Limn. l. 8. cap. 9. n. 53. junge Myler. ab Ehrenb. in Gamolog. Princ. cap. 9. th. 4. ubi in fine eleganter vidua- rum miseriam describit. Liberis quoque studioſi, pariter ac Professoris, idem privilegium fori tribuitur *l. 6. C. d. Profess. & Medic.* donec ipsi aliud vitæ genus eligant, vid. *Recess. Elect. d. Anno 1617. §. Bey der Universität ibi: Also bleibet das Privilegium denen Kindern / auch weiter nicht / also weit die Ebhne ihre Studia fortsetzen / Fæmine vero tamdiu forum retinent, donec nubant d. §. bey der Univer- sität.* Et jure communi idem fori privilegium, quod patri-*

patrifamilias competit, extenditur quoque ad ejus familiam Umm. in *Process. Disput. 4. num. 6. in fin.* Struv. *Exercit. 9. th. 20.* idem ergo de studiosorum famulis nobis dicendum erit. Lanf. *diēt. l. Stephan. de Jurisd. lib. 3. part. 2. cap. 6. n. 2.* Richt. *ad Auth. Habita. Diss. 2. p. 39.* Carpzov. *lib. 6. Resp. 119. n. 11.* Limn. *J. P. lib. 8. cap. 10. n. 18. & lib. 8. c. 19. n. 53.* In hac tamen Academia Francoturteni hoc singularare occurrit, quod famuli studiosorum sint sub jurisdictione Senatus oppidani, per Recess. Elect. de An. 1617. d. 30. Maj. §. Studenten-Jungen / so nicht immatriculiret / haben auch der Academien Freyheit vor sich nicht anzusehen / sondern seyn schuldig jedesmahl / so oft es noth vor dem Rath zu stehen. Idemq; de Professorum famulis §. seq. placuit ibi: Die Knechte und Mägde / welche bey den Professoren / und andern der Academie Aunderwandten / in Diensten stehen / sollen / ob sie ihrer Ubertretung halben / wie die auch beschafften / verklaget würden / des Raths Botmäßigkeit unterworfen seyn / jedoch keinesweges auf der Gasse angegriffen werden.

Id obiter hic monendum, studiosum ratione rei sitæ conveniri posse coram judice oppidano, cum & Clerici actione reali coram judice Laico, sub quo bona sita sunt, conveniri queant Gail. *lib. 1. obs. 37. n. 4.* Carpz. in *Proc. tit. 3. art. 3. n. 27. seqq.* Struv. *Ex. 9. th. 49.* quia non studiosus vel clericus, sed res ipsa in judicium trahi videtur Zang. *d. Except. part. 2. cap. 1. n. 261.* Gail. *d. l.* Id vero magis dubium, an studiosi & Professores ab oneribus omnibus sint immunes? & varia LL. nostram hanc quaestionem decidere videntur. Denegat enim immunitatem *L. 8 c. de profess. & Medic.* his verbis: *turpe est, ut patrie functiones ferre non possit, quia etiam fortunæ vim se ferre profitetur.* Et in *L. 6. C. de munerib. patrim.* dicitur: *Professio & desiderium tuum maxime inter se discrepant, nam cum Philosophum te esse proponas, vinceris avaritia & rapacitate, & onere, que patri-*

patrimonio tuo injunguntur, solus recusare conaris, quod frustra te facere, ceterorum exemplo poteris edoceri. In quibus LL. Impp. respexisse videntur ad l. 1. §. 4. ff. de variis & extraord. cognit. ubi quaestio est, an & Philosophi Professorum numero sint? & putem, inquit, Ulpianus, quod non, non quia non religiosa res est, sed quia hoc primum sit, mercenariam operam spernere. imo nec Imp. Frid. in Auth. nostra immunitatis mentionem facit. Verum Professoribus
 84 immunitas hæc ab omni functione, & ab omnibus oneribus concessa est ex aliis LL. & Imperatorum Constitutionibus, uti patet ex l. ab his oneribus 10. §. 2. ff. de vacat. & excus. mun. & ex Imp. Constantini rescripto in l. 6. C. de Profess. & Medic. ubi Medicos (verba ejus refero) & maxime Archiatros vel ex Archiatris, Grammaticos & Professores alios literarum & Doctores LL. una cum uxoribus & filiis nec non & rebus, quas in civitatibus suis possident, ab omni functione & ab omnibus oneribus vel civilibus vel publicis esse precipit. Idemque Honorius & Theodof. Impp. rescripserunt in l. ult. d. t. his verbis: sint ab omni functione omni-
 85 nibusq; muneribus immunes. Quale privilegium & immunitatem ab hospitationibus & contributionibus etiam habet Academia Wittebergensis juxt. Suev. Auth. Habita peric. 5. th. 8. quæ sententia communis est Perez. ad d. t. C. n. 4. Klock. de Contrib. cap. 15. n. 104. Brunn. ad d. l. 6. n. 24. Sed cum hoc privilegium solummodo Professoribus concedatur, cur ergo studiosis quoq; tribuimus? Resp. in favorabilibus studiosis tribui privilegia Dd. & Professorum. Nam studiosi æque ac Dd. expellere possunt opificem, qui prope eorum musæa domum emere vel conducere vult, ibiq; exercere artem strepiferam Magnif. Dn. Stryk. in tract. d. J. Sens. Diss. 3. cap. 2. n. 13. Carpz. part. 2. C. 37. D. 23. n. 7. Sic cives ac academicos ab omnibus oneribus personabilibus liberos pronunciat Richt. ad Auth. disp. 7. p. 169. Verum si obji-

objicias: hoc ad onera realia non extendendum esse, repono: imo ex novissima totius Germaniæ observantia & praxi constare, studiosos nullum vectigal, aliudve onus, quod alias à vectoribus exigitur, nec pro se, nec pro rebus suis pendere Speckhan. *Cent. 2. class. 1. quæst. 21.* Steph. *de jurisd. l. 3. p. 2. c. 8. n. 13.* Köppen. *Dec. 50. n. 31.* qua tamen onera procul dubio realia sunt, hinc manemus in thesi; studiosos etiam in realibus oneribus frui privilegiis Dd. & Professorum, nisi probetur ex consuetudine, aliquod privilegium solis competere Professoribus & Doctoribus. Hoc privilegium iterum Dd. & studiosorum viduis & li- 86
beris tribuendum *d. l. 6. C. de Profess. & Medic. add. Recept. Imp. noviss. de Anno 1654. S. Hingegen aber 136. Struv. Ex. 50. th. 73. Tiraq. de Nobilit. cap. 181. n. 5.* Quid vero in hac 87
Academia singulare sit ex sequenti colligere licet Recept. Elect. *de anno 1617. d. 30. Maj. S.* Und anfänglich die reale, oder diejenige jurisdiction, so da liegende Gründe und unbewegliche Güter betrifft/ anreichend/ soll solche die Academia ist und allewege haben über alle Doctores und Licentiaten Güter/ so viel der in der Ring-Mauer und Stadt begriffen und eingeschlossen/ es wären dieselben Doctores u. Licentiaten allbereit Professores Ordinarii, oder auch der Ordinariorum 88.
Substituten oder warteten auch nachmahl Beförderung/ & paulo inferius: Die Güter aber aussershalb der Stadtmauer/ sind unter der jurisdiction des Raths. Et S. Würden auch die Söhne oberner Dd. Licentiaten ic. vor dem 20. Jahr ihres Alters keinen gewissen Beruf oder vitæ genus an sich nehmen/ daraus zu ersehen/ daß sie die studia verlassen/ in 89
demselben bleiben sie des väterliche privilegii theilhaftig/ nach geschlossenem 20. Jahr ihres Alters hbet das privilegium auf dafern sie nicht im nechsten Jahr hernach einen solchen Gradü erlangen/ vermittelst welches sie sähig werden/ unter die Zahl der obstehenden gezehlet zu werden/ und sahen ihre unbewegliche

liche Güter in der Stadt an unter des Rath's jurisdiction in realibus zu seyn/ so viel aber die Töchter betrifft/ bleiben de-
ro unbewegliche Güter quoad regalem jurisdictionem unter dem Senatu Academico, so lange sie immer im Jungfrauen Stande seyn werden.

De immunitate vero precipue notandus Recept. de Anno 1650. d. 8. Febr. ibi: Sollen der Herren Professoren Wohnhäuser samt und sonders *ic.* der Herren Professoren Wittwen/ so lang sie in ihrem Wittwenstande verharren/ und dero selbst un-
mündige Kinder/ welche ihre Häuser selbst be-
91. wohnen/ oder andern Professoribus zu bewohnen vermieten/ der löblichen Universität Syndicus, Quæstor, Notarius, und zweyen Pedellen/ wegen ihrer eigenen Häuser/ darin sie wohnen/ und dafern alle diese fürbeschriebene Personen von der ersten bis zu der letzten keine Bürgerliche Nahrung treiben/ vom 1. Septembr. bis 1644. Jahres und hinführo des Krieges contribution befreyet seyn *ic.* add. Decret. Elector. sub dato de anno 1656. d. 22. Martii. Et declaratio hujus Decreti d. 29. Mart. anno 1656. ibi: Auf geschene Erinnerung der Universität wegen ertheilten zuvor angezogenen Abschle-
92. des d. 22. Mart. die Befreyung der Professorn Wohnhäuser/ und dero Wittwen und Unmündigen/ ist so wohl auf die letzt ausgeschriebenen Werbe-Gelder/ als auch ins künfftige auff alle Kriegs contributiones zu extendiren. Quod etiam repetitum in rescripto ad Senatum sub dato d 8. Jan 1658. vid. plurimum Reverend. Dn Becman. in Memorand. Fran-
cof. p. 37.

CAP. III.

De

Foro Studiosi delinquentis in Criminalibus.

SUM.

SUMMARI A.

<i>Quenam causæ dicantur criminales?</i>	n. 1	<i>Quis cognoscat, si quis Imp. maledixerit?</i>	42
<i>Quæ civiles?</i>	3	<i>Quis de crimine læsæ Majestatis?</i>	43
<i>Quæ causæ hodie sint criminales?</i>	4	<i>In Marchia duelli cognitio pertinet ad Electorem.</i>	44
<i>Quenam causæ dicantur criminales Jure Saxon.</i>	8	<i>Nihil interest, in quo Academie loco delictum sit admisum.</i>	47
<i>An Academia competat jurisdictioni criminalis? 15 seqq.</i>		<i>Etiam si locus sit privilegiatus.</i>	48
<i>Concessa jurisdictione an merum imperium concessum videatur?</i>	19	<i>Civis à Rectore puniri potest, si in territorio Academie delinquat.</i>	52
<i>Hodie jurisdictione ex LL. juris Romani dijudicanda non est.</i>	25	<i>Ad Rectorem pertinet cognitio si ante portam delictum committatur.</i>	53
<i>Hinc de hodierna Academia- rum potestate judicandum est ex fundatione Inpp. Pa- pæ & Principum.</i>	26	<i>Viadrina habet jurisdictionem criminalem in suis pagis.</i>	56
<i>Academia Liptensis gaudet jurisdictione criminali.</i>	27	<i>Studiosus si extra territorium Academie delictum committat & in loco delicti deprehendatur ibidem puniri potest.</i>	59
<i>Ut & Helmstadiensis, non vero Francofurtensis.</i>	28	<i>Nobilis quoq; in delicto depre- hensus a magistratu oppi- dano puniri potest.</i>	63
<i>Nec Wittebergensis.</i>	30	<i>An Academia cognoscere po- sit de delicto in alio loco com- misso?</i>	64
<i>Nec Jenensis.</i>	31	<i>Olim remissiones erant neces- sariæ, hodie urbanitatis.</i>	67
<i>Nihilominus his adscribitur ju- risdictio criminalis. 32 seqq.</i>			
<i>Academie quoq; competi- tione generalis inquisitio in delictis gravioribus.</i>	36		
<i>Academie omni casu compe- tit jurisdictione.</i>	40		

Quod limitatur.	68	Studioſus nocturno tempore delinquens à Senatu capi pot.	80
Sufficit inquisitio inſtituta	69	In delicto non deprehensus non niſi juſſu Reſtoris capi debet.	82
An Reſtor cognoſcere poſſit de delicto perpetrato, ſi ſtudioſus jam abſens ſit?	73	Quo nomine privilegia Francoſ. adducantur?	83 ſeqq.
An Nobiles Marchici habeant priuilegium?	75	Studioſi Reſtori ſunt offerendi & eorum res.	86
An ſtudioſus ob delictum commiſſum adhuc puniri poſſit, ſi aliquando ad Academiam redierit?	76	Quiete decambulantes nulla moleſtia afficiendi ſunt.	87
Nihil intereſt contra quem delictum ſit commiſſum à ſtudioſo.	79	Studioſi relegati à nullo occulandi ſunt.	89
		Ne quidem in nundinis tolerandi.	90

1. **C**riminale forum ſtudioſi delinquentis in hoc capite perluſtraturi ſumus. Verum præmittendum quænam juridiſctio criminalis, & quænam cauſæ criminales dicantur? De jure Romano & veriorem & receptiorem deprehendo deſcriptionem; cauſas criminales eſſe, in quibus agitur ad intereſſe publicum, ſive pœna capitis petatur, ſ. corporis afflictiva, ſ. infamia, ſ. relegatio, ſ. pœna pecuniaria rei publ. vel uſui publico applicanda Treuti. vol. 1. diſp. 3. th. 9. lit. H. Zanger. de Except. part. 1. cap. 1. n. 36. ſeqq. Carpz. qu. 101. n. 27. Civiles vero cauſæ ſunt in quibus agitur ad privatam intereſſe, nec refert, an ex contractu an ex delicto agatur Matth. Steph. de juridiſct. lib. 1. cap. 2. n. 60. licet ex publico delicto actio mota Carpz. qu. 101. n. 28. Harpr. ad §. 10. I. de injur. n. 1. ſeqq.
4. Verum quæ cauſæ hodie ſint criminales non conueniunt. Aliqui enim criminales eas tantum dicunt, quæ corpus afficiunt, reliquas omnes vero civiles Cothman.
5. Reſp. Acad. 1. n. 185. Carpz. queſt. 101. n. 46. Sed cum in Conſtit.

stit. Crim. art. 113. expresse relegatio inter pœnas criminales referatur, alii contrarium verius putant, & criminales causas dicunt, in quibus pœna infamæ, relegatio & pœna pecuniaria filco applicanda imponitur. Reink. *de reg. sec. & eccl. lib. 2. class. 2. cap. 14. n. 51.* Schilt. *in prax. for. Ex. 49. §. 62.* Rectissime ergo Tabor *in Crimin. defm. Racem. 6.* *Comment. ad art. 157. Constit. Carol. th. 5.* arbitratur, vocem Weiniſch *in Constit. Crim.* quandoq; sumi latius, ut comprehendat omnes pœnas, etiam leviores, quandoq; vero strictius ut tantum comprehendat pœnas corporis afflictivas per *Ordin. Camer. part. 2. tit. 31. §. item* Nachdem u. nec nocet *Const. Crim. dici die Weiniſche Hals: Gerichts: Ordnung /* ab eo enim quod præcipuum & summum est ita dicitur Tabor. *dict. l. th. 6.* non fecus ac de Jure Romano merum imperium describitur gladii potestas *l. 3. ff. de Jurisd. & tamen per gladii potestatem intelligitur facultas infligendi omnem pœnam Zœf. ad ff. de Jurisdic. num. 15. seqq. Wissenb. ad ff. vol. 1. disp. 6. th. 7. Brunn. ad l. ff. de Jurisdic. n. 1.* 7.

De Jure Saxon. tamen interpretes unanimi fere consensu recepisse videntur, criminales causas dici, quarum pœna extendi potest ad corporis afflictivam, Wenn die Klage auf Haut und Haar gehet / reliquas vero appellari civiles *Carpz. quest. 102. n. 51.* Verum & de hoc dubitari potest cum Schilt. *Ex. 49. §. 63. seq.* nam in Jure Sax. ad superiorem jurisdictionem pertinent multæ causæ criminales, quæ relegationem tantum merentur. vid. *Carpz. quest. 109. n. 29.* 9.

Verum cum hodie in Germania in plerisq; locis iurisdictionis dividatur in altam & bassam seu superiorem & inferiorem, huius naturam & indolem paucis inquisivisse operæ pretium videtur *Carpz. quest. 109. n. 16. Alta, II. inquit,* 10.

40
 inquit, tam merum quam mixtum imperium continet, bassa
 vero non solum completitur illa, quæ vulgo ad simplicem juris-
 dictionem referuntur, sed & nonnulla ex iis, quæ mixti sunt
 imperii, eademque fuit sententia Matth. Steph. d. Jurisdic.

12. lib. 1. c. 3. n. 70. seqq. Accuratius rem consideranti appa-
 ret, neutrum recte dici, nam mixtum imperium est po-
 testas iudicatum in civilibus exequendi & contumaciam
 puniendi Struv. Ex. 4. th. 26. Eckolt. ad ff. de Jurisdic. §. 12.
 13. quam potestatem procul dubio habent illi, qui inferior-
 rem hodie habent jurisdictionem Dn. D. Stryk. in Us. Mo-
 dern. ff. tit. de Jurisdic. §. 7. superior vero jurisdictio nihil
 commune habet cum mixto imperio, quia nullum cri-
 men, excepta contumacia, est mixti imperii, hinc merito
 submitte subscribimus sententiæ Magnif. Dn. Stryk. sta-
 tuentis d. §. 7. jurisdictionem bassam esse potestatem co-
 gnoscendi de causis civilibus, & delictis levioribus, & hæc
 coercendi, adeoque continet omnem jurisdictionem ci-
 vilem, mixtum imperium, & pauca quæ meri imperii, de-
 licta sc. leviora.

Superior vero seu alta jurisdictio est facultas de cri-
 minalibus causis gravioribus & atrocioribus cognoscen-
 di, puniendi & iudicatum exequendi Hahn. ad Wesenb.

15. tit. de Jurisdic. n. 8. His præmissis, nunc videndum, qua-
 lem jurisdictionem habeant Academiæ? & Academiis juris-
 dictionem criminalem, & merum imperium sine distin-
 ctione recte tribui ex Azone, Accursio, Odofredo, An-
 drea de Ifernina, Fulgofio, Jean Oldendorpio arbitratur
 Lansius de Academ. tit. K. pag. 50. Limn. de Jur. Publ. lib. 8. c.
 9. n. 33. qui n. 34. ex Horat. Luc. refert, contrarium senti-
 entes vocari hæreticos add. Cothm. Resp. Acad. 1. num. 109.
 16. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 3. part. 3. cap. 12. n. 109. seqq. Et
 utuntur huic fundamentis: 1] quod hæc concessio juris-
 dicti-

ditionis sit favorabilis, & piam causam concernens, adeoque late interpretanda 2] Imp. scholaribus amplissime voluisse prospectum, jam vero in criminalibus majus periculum in scholaribus metuendum E. in his quoque scholaribus succurrere voluisse præsumendus est Imp. imo 3) absurdum dicunt, in ejus salutem atque existimationem proferri posse sententiam, de cujus nulla re pecuniaria judicari potest. Denique 4) argumentum à militibus petendum, qui in delictis remittuntur ad eum, sub quo militabant l. 3. ff. de re militar. l. pen. C. de Jurisdic. ergo etiam studiosi delinquentes remittendi ad Rectorem.

Contrarium tamen firmioribus rationibus defendunt Bechm. de priv. studios. cap. 10. n. 6. Richt. ad Auth. habit. disp. 6. pag. 127. Brunn. ad dict. Auth. Hab. n. 6. seq. & in Proc. Inquis. cap. 3. n. 35. Suv. in Auth. Habita disp. 6. th. 8. Quia jurisdictio alicui concessa non comprehendit merum imperium l. 1. ff. de off. ejus cui mand. jurisdic. adeo ut nec in Principis concessione, sub jurisdictione veniat superior Stephan. de Jurisdic. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 2. num. 155. Struv. in Synt. Feud. cap. 6. th. 18. n. 4. nisi addita sit particula omnimoda Brunn. ad l. 3. ff. de Jurisdic. n. 3. vel jam antea prædio vel castro cohæserit, & postea cum castro concedatur Dn. Stryk. in Us. Mod. ff. tit. de Jurisd. §. 13. Accedit quod Episcopo concedatur in nostra Auth. jurisdictio, verum Episcopus interesse non debet criminali & capitali judicio cap. ult. X. ne Cler. vel Monach. Et licet quandoq; patrimonialem vel dignitati vel territorio annexam habeat jurisditionem criminalem, quam per suos delegatos exercet d. c. ult. eam tamen non habet ut Episcopus, ut hinc firmiter concludere liceat, jurisditionem Episcopo datam, præsumi tantum civilem, imo & ipsi Clerici a civili potestate penitus exempti Auth. statuimus C. de Episc. & Cle.

22. *¶ Cleric.* in criminalibus tamen agnoscere tenentur Laici iudicis jurisdictionem, hinc studiosi quoque eam jurisdictionem declinare non possunt. Et quod præcipuum est, omnibus Academiis concedendum esset merum imperium, si illud in *Auth. nos.* concessum esset, quod tamen non apparet.
23. Nec nocet hanc concessionem esse favorabilem, cum exinde inferre non liceat, eam extendendam esse ultra mentem Imperatoris. Et 2] studiosi quidem favore digni, verum si criminalia delicta committant, cessare videtur hic favor, cum reatus excludat omnem dignitatem
- 24 *l. 1. C. ubi Senator. vel clariss.* nec 3] absurdum aliquem iudicare posse de alicujus vita, si se delinquendo subiciat ejus jurisdictioni. Imo & 4] ipsi milites, si delictum commune committant, non remittuntur ad suos duces, sed subiciuntur jurisdictioni loci, ubi delictum est admissum *l. 2. ff. de re milit.* ibique Brunn. *num. 2.* Carpz. *P. 4. C. 9. D. 11. Struv. Ex. 49. th. 42.*
25. Verum enim vero si de hodierno jure loqui velimus, merito illud commune recentiorum dictum huc trahere licebit: de hodierna jurisdictione non esse iudicandum, ex LL. Romanis, sed secundum mores *Mev. part. 4. Dec. 290. n. 7.* Brunn. *ad l. 3. ff. de jurisd. n. 4.* Carpz. *qu. 109. n. 6.* Dn. Stryk. *in Us. Mod. ff. tit. de jurisd. §. 1.* Iudicandum ergo de hodierna Academiarum potestate, ex fundatione Imper. Papæ & Principum, eorumque concessis privilegiis. Sic Lipsiensis Academia gaudet jurisdictione criminali t. potestate de delictis capitalibus & corporalibus iudicandi Lansius *tr. de Acad. p. 50.* qui tamen nimis est liberalis in attribuenda jurisdictione criminali Academiis. Cum Francofurtensem & Wittebergensem jurisdictione criminali instructam arbitretur, quod quomodo in-

do intelligendum, mox apparebit. Habet autem Lipsien- 27.
sis Academia hoc privilegium, quod in criminalibus ju-
dicare possit, non tantum si studiosi intra civitatem capti
fuerint, sed etiam si intra tres dixtas a magistratu loci
capti, Reftori enim avocanti transmittendi sunt Bechman.
de priv. studios. cap. 10. n. 3. Academia Helmstadiensis quo- 28.

que habet merum imperium ex concessione Maximiliani.
Hæc vero illustri Viadrina non habet potestatem in ca-
pitalibus & corporalibus judicandi, sed hæc potestas soli
Electori Brandenburgico reservata est Brunnem *ad Auth.*
Habita n. 9. vid. Recess. Elect. de anno 1617. S. Und diereiß 29
eher Zeit/die Erkenntniß in Peintlichen Sachen über einen Studen-
ten/ dem Bischöffe zu Lebus/ als Canslern der Universität zuge-
standen/ dessen Recht aber seithero auf uns kommen / und in unser
und nachkommender Churfürsten zu Brandenburg Personen *con-*
solidiret/ so können wir auch solche *causa cognition*, wie auch die De-
straffung des *Maleficanten*/ sonst niemanden einräumen / sondern
solches alleine stehet bey Uns/ da es aber Sache wäre / daß solchen
Delinquenten die Straffe etwa in eine Geldbusse/ durch Urtheil und
Recht verwandelt würde/ haben wir der *Academ* aus Gnaden/da-
mit wir den *Studenten* je und je gewogen und zugethan / hiemit vor
Uns und unsere Nachkommen versprochen/ daß ihr jedesmahl die
Heißte solcher Geldstraffe zu besser ihre Unterhalt zugekehret wer-
den soll.

Academia Wittebergensis non habet jus gladii, sed 30.
in capitalibus & corporalibus Quæstori delinquentes tra-
duntur, qui nomine Serenissimi Electoris Saxonie senten-
tiam fert & exequitur Suev. *ad Auth. Habita, peric. 6. th. 8.*
Idem fere obtinet in Academia Jenensi in qua delinquen- 31.
tes in gravissimis delictis Quæstori Jenensi traduntur Richt.
ad Auth. Habita. Diss. 6. p. 137.

Verum quid nunc de Francosfurtensi Wittebergen- 32.
si & Jenensi statuendum, an iis tantum competit jurisdic-
tio

- 44
 etio civilis & inferior, an criminalis & superior? si illud affe-
 ro, contrariatur, academiis his concedi jus de variis delictis
 33. cognoscendi, eaque puniendi. Licet dicas, jurisdictionem
 inferiorem hodiernam se latius extendere, ut etiam deli-
 cta leviora comprehendat, obstat tamen, dictas modo
 Academiis etiam in gravioribus delictis cognoscere v. g.
 si studiosus ita vulneratus, ut apertum aliquod vulnus,
 sanguine stillans illatum sit, quæ tamen alias adscribun-
 tur superiori jurisdictioni Carpz. *quest. 109. n. 26.* si vero di-
 xeris, jurisdictionem competere criminalem & superio-
 rem, quadrare non potest, quod de causis capitalibus &
 corporalibus judicare non possint.
34. Quid ergo sentiendum? & jurisdictionem crimina-
 lem Academiis adferendam credo, sed restrictam, ut non
 possint in omnibus causis eam exercere. Huc collimat
 Suev. *ad Auth. Hab. peric. 6. th. 8.* Cothm. *Resp. Ac. 2. n. 11.*
35. Nec nocet, Academiis communiter non habere licitores &
 ceteros ad exercitium & executionem meri imperii perti-
 nentes Resp. enim, implorari posse hoc nomine Magi-
 stratum oppidanum, qui etiam in ejusmodi casibus obli-
 gatus est, ut licitores subministret Steph. *de Jurisd. libr. 3.*
part. 2. cap. 12. n. 120. Vid. Recess. Elector. de anno 1617. §.
 Die Stadtdiener soll ein Rath der Universität abfolgen lassen / so
 offtes nöthig in Peinlichen und andern Fällen.
36. Id etiam dubitari posset, an Academiæ competat le-
 vior & generalis inquisitio, quo constare eidem possit, an
 delictum sit corporale, an capitale, & licet alias judex, qui
 inferiorem habet jurisdictionem in tali delicto, quod ad
 superiorem jurisdictionem pertinet, cognoscere plane
 37. non possit, ut recte sentit Schilt. *Ex. 49. ad ff. th. 65.* nam
 notorietas & facti veritas, non fundatam reddit jurisdic-
 tionem, sed accusatoris & denunciatoris intentio, & jurisdic-
 tio fun-

fundari dicitur, non in probatis, sed in narratis *arg. l. pen. §. fin. ff. de Jurisd. ibique Brunn. n. 3.* Verum in hac Academia contrarium est asserendum, permittitur enim Magistratui Academico Facultas delinquentem carceri injiciendi per Recess. Elect. §. In andern Fällen &c. & postea negotium, cum omnibus suis circumstantiis, Serenissimo Electori est referendum, qui Commissarios in causa decernit. Quod etiam in aliis Academiis observandum puto, quia Academiis competit jurisdictio superior s. criminalis exceptis tantum certis casibus, ergo ipsa Academia judicare potest, & debet, an hoc delictum pertineat ad jurisdictionem Academiae.

Probatum ergo hactenus Academiae competere jurisdictionem criminalem; nunc ulterius subjiciendum ad academiam spectare cognitionem 1) qualecunque delictum commissum 2) in quocunque etiam Academiae loco delictum sit admissum, 3) contra quem admissum 4) quocunque etiam tempore admissum. Diximus ad Academiam spectare qualecunque delictum, quod intelligimus, si illa criminali jurisdictione fuerit instructa, ita ut nec excipienda sint delicta, contra Regalia Principis commissal. *l. 1. C. de fals. monet.* jure tamen Romano excipitur, si quis Imperatori maledixerit, hic enim remittendus est ad Imperatorem, ut ille certam imponat poenam *l. un. C. si quis Imp. maledix.* Verum si hodie immediatus aliquis subditus Imper. maledixerit, non praecise necessitatis est, ut remittatur ad Imperatorem, sed Princeps, sub quo est delinquens ipse ei certam poenam potest imponere per *art. 3. §. 27. Capit. Leop.* & sic judicatum M. Mart. ab illustri Facultate Juridica Francofurtensi anno 1072. Alii quoque excipiunt crimen laesae majestatis, cujus cognitionem soli Imperatori adscribunt Hahn. ad *Wes. tit. de jud.*

- n. 16. p. 290. col. 2. exc. 2. Meier. in C. J. A. tit. de Judic. th. 232.*
 quorum sententia tamen de Jure Rom. oppido falsa, per
 l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Majest. ibique Brunn. *n. 2. it. si quis duel-*
 44 *lum commiserit. vid. Edict. Ser. Elect. Brandenb. contra*
Duella de an. 1688. art. 14. ubi. Damit auch dieses Unser Edict
 desto richtiger und gewisser exquirere werde/ so ist unser gnädigster
 Wille und Befehl/ daß die cognition in dergleichen für allenden
 Ehren und Duell-Sachen/ wenn die Partheyen allerorts civil-
 Personen seyn/ für niemand anders als Unsere Regierung und
 höchste Gerichte in Unsern Provinzien und Landen gehören soll/ re-
- 45 Reliqua delicta, quæ inquisitionem merentur, & hinc
 ad Rectoris jurisdictionem spectant, recenset Dn. Brunn.
in Proc. Inquis. cap. 5. qui etiam de stupro cognoscit & stu-
pratori certam imponit pœnam Cothm. Resp. Ac. 2. n. 36.
- 47 Dictum nec illud interesse, in quo Academia loco
 delictum sit admissum, five in territorio Universitatis, si-
 ve in territorio civitatis fuerit Steph. *de Jurisd. lib. 3. part.*
 48 *2. cap. 12. num. 133.* Hinc dubitari posset, an studiosus delin-
 quens in loco privilegiato subit jurisdictioni Rectoris,
 finge enim aliquem locum, v. g. cellam vinariam, pœnalis
 sanctione esse munitum, ne quis gladium in eo stringat,
 vel alteri alapam infligat, sub pœna amputationis ma-
 nus, & hanc cognitionem Academiae Rectori merito tri-
 buimus cum Ern. Cothm. *Resp. Acad. 25. n. 9. & 47.* nec cre-
 49 dimus studiosos obligari sanctione illa pœnali, utpote
 quæ tantum stringit cives & illos, qui sunt sub jurisdic-
 tione Senatus oppidani, Cothm. *Resp. Acad. 10.* idemque ju-
 ris dicimus, si studiosus in ipsa curia delictum aliquod ad-
 miserit, utur enim alias locus delicti tribuat fori compe-
 tentiam, id tamen non procedit, si persona in eo ipso lo-
 50 co, ubi delictum est admissum, habeat judicem privilegi-
 atum, uti habent studiosi ex *Auth. Habit.* quo foro privi-
 legiato

egiato non tantum in civilibus, sed etiam in criminalibus
 utuntur Ern. Cothm. *Resp. Acad.* 31. n. 12. Schrad. *de feud.*
part. 10. Sect. 1. n. 11. ibique all. Gloss. Odofr. Cyn. Bart. Salyc.
 Ang. Perusina. Bolognet. Cagnol. Barbat. Panorm. Imo a- 51.
 lias studiosus raro coram Rectore conveniri posset; cum
 pleræque domus, in quibus delictum committitur, sint sub
 jurisdictione Senatus oppidani, ut probe consideravit Ste-
 phan. *lib. 3. p. 2. n. 12. & n. 135.* Nec nocet, civem ab Acade- 52.
 mia s. Rectore puniri posse si in domo vel territorio Uni-
 versitatis delictum commiserit juxta Steph. *d. l. n. 134.* ratio
 enim diversitatis, quod civis utatur jure communi, adeoq;
 forum fortiatur in eo loco, ubi delinquit, studiosus vero
 est persona privilegiata.

Dicta quoque extendimus, si studiosus delictum ad- 53.
 miserit extra portam civitatis, in agro tamen spectante
 ad eam civitatem, in qua est Academia v. gr. si in hortis
 vel vineis damnum dederit, aliquem verberibus exceperit,
 vel cum aliquo digladiatus fuerit, cum in civitate di- 54
 catur fieri, non tantum quod fit in loco, qui muro cingi-
 tur, sed etiam quod extra urbem fit, in agro tamen civi-
 tatis *l. 87. ff. de V. S.* & in civitate factum dicitur, quod in
 suburbiis & in continentibus ædificiis factum *d. l. 87. ibiq;*
 Gothofr. *lit. B. cum LL. ibi all.* Dn. Joh. Philipp. *lib. 1. Eclog.*
3. n. 9. Et Præfectus urbis, cujus fidei Princeps commisit ur- 55
 bem, non illorum tantum criminum, quæ intra urbis mu-
 ros admittuntur, coercionem habebit, sed etiam quæ
 extra urbem intra centesimum lapidem *l. 1. pr. & §. 4. ff. de*
Off. Præf. urb. Wissenb. ad tit. de V. S. Disp. 2. th. 4. Quod in
 quibusdam locis locum quoque habet in proximis adja-
 centibus pagis, at hoc ex consuetudine & pactis & privi-
 legiis decidendum.

Id in alma hac Viadrina certum, quod studiosus, si 56.
 delin-

delinquat in' pago ad Academiam pertinente, subſit jurisdictioni Academix, ita ut opus non habeat delictum Serenissimo Electori referre & ejus decisionem expectare.

- Gaudent enim in pagis sibi donatis plenissima jurisdictione criminali vid. donatio Joachimi March. Brand. sub dato Coloniae ad Spream den Sonabend nach Pasche An. 1540. ibi: Vereigenen und bestätigen mehrgedachter Unser Unzversität hiemit und Krafft dieses Brieffs gedachten Chartauff samt allen seinen zugehörigen Dörffern/insonderheit mit Nahmen: Wiezig/Lindau/Jacobsdorff/Wadlis/Priesen/Arndorff/Delberin/Niedergäser/ mit allen ihren Pachten/Zinsen/Dinsten/Fischereien/Mühlen/Teich.Zehenden/Teichstatten/Wäldern/Heiden/Feldern/Büschen/Wiesen/Heidern/Gärten/Weinbergen/Grenzn/Markstetungen/Wiederkauffungen/Pfandschafften/Obrigkeiten/Gerichten/und allen Einkommen ewiglich zu behalten und zu haben etc.

58. Quæ donatio postea a Serenissimo Joh. Georg. Elect. d. 7. Novembr. anno 1564. confirmata & insigni accessione aucta tuit, siquidem accesserunt sequentia: Das ganze Stiff S. Nicol. zu Stendel mit allen Dörffern/Pachten/Dinsten/Zinsen/Fischereyen Mühl-Pächten/Seen/Teichsteten/Wäldern/Heiden/wüste Feldmarcken/Wiesen/Grenzscheidungen/Wiederkauffungen/Pfandschafften/Obrigkeiten/Gerichten/und in Summa mit allen Herrlichkeiten und Zukommen/in Städten und auf dem Lande/und wie die Nahmen haben möchten/allermassen wie es die Thumherrn genossen/oder genossen hätten können oder mögen/als nemlich das Dorff Neuse/Buchholz/Schleis/Garlieb/Duseodom/Neuendorff/Staffelt/Besewede/und das dritte Theil am Dorffe Marstede. Weil denn der Carthaus vor bemeldter unser Stadt Franckfurth gelegen/an Ordens. Personen auch geringert etc. haben wir mit Rath der Ordinarien des Orths/auch Unserer getreuen Landschafft/auff gemeinen Landtag auf Latare des ihigen Jahres allhier versamlet/gemelten Carthaus/samt allen seinen Dörffern/Gütern/Nutzungen und Einkommen/in Nahmen Gottes/unsern Länden und Leuthen zur Wohlfahrt/zu einen andern Christ.

Christlichen Werck/ als zu gemelter unser Universität/ gewant/ geschlagen/ und geeignet etc.

Si vero studiosus extra territorium Academiae & pa- 59
 gos jurisdictioni Academiae subjectos delictum aliquod
 perpetraverit, & ibi captus fuerit, non competit potestas
 Rectori eundem ad se revocandi, sed delinquens subji-
 citur illi magistratui, qui in loco delicti perpetrati habet
 jurisdictionem criminalem, cum Academiae jurisdic- 60
 tio nulla competat extra civitatem Matth. Steph. *de Juris-*
dict. lib. 3. part. 2. cap. 12. num. 55. Brunnem. *in Process. Inqui-*
sit. cap. 3. n. 35. deprehensus enim in delicto non proficit
 fori sui privilegium Mev. *Part. 2. Dec. 4. num. 2. seqq.* cum
 is, qui alterius jurisdictioni subjectus non est, delinquen-
 do se subiciat ejus jurisdictioni, eamque proroget Brun-
 nem. *ad l. 1. C. ubi de Crimin. agi oport. n. 6.* Mev. *Part. 5. Dec.*
374. n. 2. seqq. Contrarium quidem statuit Petrus Theo- 61
 doricus *in Colleg. Crim. Diss. 4. th. 3. lit. B. num. 20. & 21. p.*
452. putans studiosum vi Authent. etiam in criminalibus
 provocare posse ad suum judicem, & talem studiosum
 ad Rectorem remittendum esse, quia studiosi exempti a
 jurisdictione ordinaria ex privilegio forum declinare pos-
 sent, nisi illud privilegium eis rursus specialiter fuerit
 ademptum, sed hoc privilegium in causis criminalibus eis
 rursus specialiter ademptum non reperiri. E. Verum hac 62
 ratio tantum stringit in loco Academiae, ubi specialem
 ac proprium constitutum judicem habent studiosi, non
 vero in iis locis, ubi Magistratus Academicus nullam ju-
 risdictionem exercere potest, ibi enim frustranea foret
 provocatio ad Rectorem, sed studiosus & contrahendo
 & delinquendo subiceretur jurisdictioni illius judicis,
 sub quo contractus celebratus vel delictum perpetra-
 tum Richt. *ad Auth. Diss. 7. p. 154.* Eodem quoque modo 63
 nobi-

G

nobilis, in civitate delinquens, a magistratu municipali puniri potest Brunnem. *in Process. Inquis. cap. 3. n. 32.* Stephan. *de Jurisdic. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 103. seqq.* nisi sit officialis Principis & in ea civitate in qua residet Princeps, delictum admiserit, sic enim ad Principem pertinet cognitio Brunnem. *dict. l. num. 30.* Steph. *de Jurisdic. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 82.* Hahn. *ad Wesenb. tit. de Judic. num. 16. pag. 290. except. 2.* Ut ut enim Princeps jurisdictionem, quam alicui dedit in feudum, vel ex alia justa causa, private vel potius subordinate concessisse præsumatur, ita ut Princeps de causis criminalibus judicare non possit, nisi per modum appellationis, vel querelæ de denegata vel protracta justitia, ad eum recursus factus Magnif. Dn. Stryk. *in Us. Modern. ff. tit. de Jurisdic. §. 26.* ibique præjud. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. cap. 6. th. 18. n. 6.* Carpzov. *qu. 109. n. 96.* in tantum tamen hæc concessio extendi non debet, ut Princeps præsumatur hanc cognitionem in se & suam familiam concessisse. Steph. *d. l. n. 89.*

64. Hactenus dictum ad Academiam spectare jurisdictionem, si in loco Academiae delictum fuerit commissum, nunc ulterius videndum, *an Academia cognoscere possit de delicto studiosi, in scholis trivialibus, aliis Academicis, itinere, vel aliis locis admissio?* Quod affirm. si grave fuerit delictum, cum hodie delinquens, in omni loco capi, ibique puniri possit Carpz. *quest. 110. n. 69.* Struv. *Exerc. 9. th. 45. §. illo etiam.* Brunn. *ad l. 1. C. ubi de crimin. n. 20.* Donnell. *enucl. lib. 17. cap. 16. lit. D.* Nam is qui delictum contra jus Gentium perpetravit, non tantum suam civitatem, vel provinciam, sed totum genus humanum offendisse videtur Brunn. *ad l. 3. ff. de Off. Presid.* Quæ sententia fundatur in *d. l. 3. §. l. 1. C. ubi de crimin.* & licet Accursius & alii Dd. hunc text. *l. 1.* ejusque verba: *vel ubi reperiuntur,* expli-

explicare velint de foro domicilii, in quo quis solet deprehendi, merito tamen prior sententia retenta, cum ex contextu appareat ibidem sermonem non esse de foro domicilii Umm. in *Proc. Disp.* 4. n. 12. Donell. *Enucl. lib. 17. cap. 16. lit. f.* eor vero fori domicilii in *d. l.* nulla fiat mentio rationem hanc reddit Brunn. *ad d. l. in fin.* quod fori domicilii non sit speciale, sed generale & commune. At vero in *d. l. 1.* Imp. tantum tractare voluit de foro delinquentium speciali.

Olim quidem diu multumque disputatum fuit, inter 66 Academiam Rostochiensem & Senatum hujus civitatis, an studiosus, cui nomen erat Castricio, qui Tubinga furtum commiserat, & eo nomine iustigatione affectus fuit, postea vero ad Academiam Wittebergensem profectus, & ibi civis academicus factus est, cui Academiae valedixit, & Rostochiensem studiorum causa salutavit, ibique singularem eruditionis laudem promeruerit, ita ut gradu Magisterii dignus judicatus fuerit, quam gloriam scede oblitavit reiterato furto, cui poena laquei dictata fuit, an inquam, hic studiosus sub jurisdictione Senatus oppidani, an Academici? Et communi omnium fere Academia-rum consensu, cognitio huius furti adiudicata fuit Re-ctori Academiae Cothman. *Resp. Academ. 50. ibique n. 14. seqq.* *Resp. Helmstadienf. Francofurtens. Heidelbergens. Liptiens. Jenens. Altorf.* Quia Scholares ob delictum privilegii quidem suis privari possunt, sed delinquendo cognitionem & punitionem Rectori Academiae auferre non possunt Cothm. *d. Resp. num. 11.* Et quotidiana experientia docet, relegatos ob crimen in una Academia, ad aliam se conferre Academiam, ibique sua studia continuare, & denuo nequitiam exercentem puniri a Rectore Magnifico, imo non adeo rarum est exemplum, quod aliquis studio.

studiosus in tribus vel etiam pluribus Academiais relegatus fuit, Nam unius cujusque Academiae relegatio & poena se non ulterius extendit, quam territorium patet academiae *l. fin. ff. de Jurisd.*

- 67 Jure Romano tamen si judex perpetrati delicti remissionem postulabat, ad locum delicti perpetrati, remissio erat necessario facienda *l. 7. §. fin. ff. de Accusat. l. 28. §. 15. ff. de pen.* Verum hodie notissima praxis introduxit, hanc remissionem esse urbanitatis non necessitatis Carpzov. *quest. 110. n. 5. 4. & 58.* Struv. *Exerc. 9. th. 45.* Brunn. *in Proc. Inquis. cap. 3. n. 8. seqq.* Gail. *de P. P. lib. 1. cap. 16. n. 30.*
- 68 Quae sententia tamen limitatur, nisi inquisitio jam tum formata, causa criminalis ventilata & sententia jam lata fuerit, reus vero postea aufugiat Carpz. *quest. 110. num. 63.* Struv. *d. l. Brunnem. in Proc. Inquis. cap. 3. n. 10. & videntur*
- 69 Dd. admittere praeventionem inter forum domicilii & forum delicti, ita ut alter ex his adhuc hodie obligatus sit primo inquirenti delinquentem remittere, quae remissio per literas subsidiales peti debet Richt. *Dec. 15. n. 6.* ibique Scabinorum Lipsiensium de anno 1650. mens. May praeventio. Mev. *part. 4. Dec. 177.* ibique praeventio. Zanger.
- 70 de *Except. part. 2. cap. 3. n. 9. & 10.* Qui tamen desiderat, ut ab uno eodemque Principe uterque habeat jurisdictionem. Quod si ita in iudice, sub cujus jurisdictione est admissum, & a quo delinquens postea captus, quod tamen necessum habeat remittere delinquentem ad locum domicilii, si hic prius inquisitionem instituerit, necessario sequitur, alium quemcumque iudicem obligatum esse delinquentem remittere ad locum inchoatae inquisitionis specialis, ut in terminis tradit Dn. Brunnem. *ad l. ult. ff. de*
- 71 *Jurisd. n. 5.* Quod si facere detrectet, adeundus est superior, ut in simili Carpz. *Part. 1. Const. 2. D. 28.* si vero non sint

sint sub uno Principe & superiore, ex mutua civitate obligatum dicimus judicem, qui eum delinquentem cepit, qui jam coram alio iudice in inquisitionem deductus, ut eum remittat ad locum inchoatæ inquisitionis vid. in simili Magnit. Dn. Stryk. *in Uf. Mod. ff. tit. ff. tit. de in jus vocand. §. 11.* Vel quandoque procedi potest per edictalem citationem vid. Lang. *in Proc. cap. 36. n. 19.* & Gail. *lib. 1. obs. §. 6. n. 7.* imo sequeretur, iudicem delicti commissi vel domicilii procedere non posse, contra delinquentem aufugientem, cum eluforia fiat inquisitio, si ille iudex, qui delinquentem deprehendit, eum remittere nollet.

Verum de hac quæstione adhuc plenius videndum, ^{73.}
an Academia in delictis, in quibus alias habet competentem jurisdictionem, possit inquirere, si studiosus jam ab Academia recesserit? Aliqui Dd. quidem hoc casu requirunt, ut citatio delinquenti adhuc præsentis fuerit insinuata Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. Disp. 4. th. 3. lit. B. n. 6. pag. 447.* quæ sententia communiter observari solet in delictis levioribus, in gravioribus vero & atrocioribus facinoribus receptor est sententia, quod iudex delicti commissi inquisitionem instituere possit, etiam contra reum aufugientem Hahn. *ad Wesenb. tit. de Judic. n. 16. pag. 290. col. 2.* Carp. *q. 110. n. 47.* Struv. *Ex. 9. th. 45.* Imo forum delicti commissi dicitur adhuc hodie principalius forum, juxta Brunni. *ad l. 3. ff. de Off. Præf. n. 3.* Cum expediat exempla publicæ vindictæ edi, ubi facinus commissum, & cognitum, ut & bonis satisfiat, facto vel exemplo læsis, ac metus adimatur & mali terreantur ut eleganter loquitur Donell. *Enucl. lib. 17. cap. 16. lit. L.* & convenit iudicem eum habere satisfactionem ac vindictam, cujus jurisdictio violata est Hill. *ad Don. d. l. L. Lambert. Distelmeier. in Consuet. Marchic. part. 4. tit. 13.* statuit quidem Nobiles Marchicos ^{75.}
 hoc

gaudere privilegio, quod in civitate a Senatu oppidano puniri non possint, inconsulto Principe, sed ipse Schepliz. in *addition. n. 5.* fatetur, se hac in re non habere certam observantiam Dn Brunn. *ad l. ult. ff. de jurisd. n. 3.* statuit, nobilem in delicto deprehensum puniri posse a Senatu oppidano & sic sæpius judicatum refert, idemque recens in hac civitate exemplum, cum nobilis tibicinem occidisset, qui hoc nomine apprehensus & processus inquisitorius a Senatu oppidano continuatus fuit, attestatum dedit.

76. Id quoque haud in convenienter hic quaeritur, an studiosus, si in Academia grave delictum commiserit & fuga sibi consulverit, quod aliquod temporis spatium vero redierit ad Academiam, an adhuc capi & in eo loco tanquam
77. in foro delicti poena affici queat? Quod affirmo, modo inquisitio & poena contra talem delinquentem ab alio iudice interim instituta & imposita non sit Brunn. *ad l. ult. ff. de jurisd. n. 4.* reipublicæ enim interest, delicta puniri, & hinc nondum punitus, a quocunque iudice capi & supplicio affici potest, si vero alii iudici hujus delicti nomine jam certam poenam solvere necessum habuerit, ab alio iudice vicissim apprehendi atque adhuc
78. semel puniri nequit, sed in criminalibus quoque obstat exceptio iudicati Mev. *p. 4. D. 177. n. 1.* Eckolt. *ad ff. tit. de re judic. n. 5.* Wesenb. *ad ff. vol. 2. disp. 25. th. 11.* Quod etiam dicendum, licet in alio territorio absolutus sit, nihilominus hæc absolutio ubicunque terrarum ei prodesse poterit Wesenb. *ad ff. fol. 2. disp. 25. th. 11.* Struv. *Ex. 46. th. 24.* Eck. *ad ff. tit. de except. rei judic. n. 5.* Engelbr. *ad ff. disp. 23. §. 3. in fin.* nisi ob inopiam probationum absolutus, &
79. postea novæ supervenerint probationes. Diximus supra nihil interesse contra quemcunque delictum sit commissum,

missum, quia in pœnis infligendis non attenditur persona læsi, sed tantum persona lædentis, quanquam læsi iudex requirere possit officium iudicis, sub quo est delinquens, ut eum debita afficiat pœna, in hac alma Viadrina si studiosus, crimen gravissimum admisit contra aliquem civem oppidanum, uterque magistratus & Academicus & oppidanus referre solet delictum subiectissime Serenissimo Electori,

Quod spectat ad tempus, præcipue notandum, quod studiosus nocturno tempore delinquens a Senatu oppidano, vigilibus vel militibus capi, in custodiam deduci & per nocturnum tempus retineri possit, mane vero Magnifici Rectori in custodiam deductus indicandus & ejus cognitioni committendus vid. Richt. *ad Auth. habita disp. 6. p. 19. 136.* ubi refert statutum Academiae Salanae: Wir haben den Angriff auff alle und jegliche Personen / es seien Bürger &c. oder Studenten / dem Rath zu Jena zu gebrauchten bewilliget / und vergönnet / nemlich / wo ein Student bey nächtllicher Weile auff der Gasse mit straffwürdigen Sachen etwas verwirrete oder mishandelte / daß er dieselben durch ihre Nacht- und Stadtwache gefänglich jännehmen und solte die Nacht über bis auff folgenden Morgen in Verwahrung behalten / und alsdenn dem Rectori die Verwirrung anzeigen / auch die Studenten dem Rectori auff berührten Fall überantworten werden sollen &c.

Quod tamen intelligendum, si in ipso delicto deprehensi fuerint, vel in plateis tumultum excitaverint, alias enim nec diurno nec nocturno tempore studiosus aliquis capi debet sine jussu Rectoris Coth. *Resp. Ac. s. per tot.* & huc pertinet privilegium Academiae a Joach. & Alberto, fundatoribus hujus Academiae clementissime concessum *S. l. ibi:* Daß kein Student auff Angeben seiner Abgönner

56

oder umb Verdächtigkeit willen/ allein so er in der That nicht begriffen/ soll angegriffen/ noch gefangen/ sondern dem *Rectori* angegeben werden/ welcher ihn denn auch auff begehren des *Partes* vorbescheiden lassen mag. Si vero in ipso delicto deprehendantur tempore nocturno capi, custodiri, sed non ultra 18. hor. detineri possunt per d. S. I. junct. *privil.* ubi prohibitum studiosum per carnificem inter-

85 rogare ibi: So dann ein Student auff peinlicher That begriffen/ und dermassen wie obberührt eingesezt/ soll er denn noch mit keinem Angstmann oder andern in solchen 18. Stunden überführet oder gefragt werden/ & *privil.* 4. Prohibetur, ne gravioribus instrumentis corpus studiosorum afficiant. Addatur etiam Recess. Elect. de Anno 1617, den 30. May S. was auch vor grossen Muthwillen *ibi*: So sollen sie auch der Nachtwache befehlen/ das sie den Muthwillen der Studenten bey nächstlicher Weile nicht zu sehen/ sondern sie angreifen/ und bisz auff den folgenden Tag/ alda sie nach Inhalt der *Privilegien* und des Herkommens dem *Rectori* ausantworten/ an einen ehrlichen Drith/ nicht aber in Diebs Keller in Verwahrung nehmen.

86

Nec tantum studiosi tempore matutino *Rectori* sunt offerendi, sed etiam omne illud, quod studioso ablatum, ut arma, simul *Rectori* tradendum, vi rescripti, Electoralis de Ao. 1673, den 14. Jan. *ibi*: Wir vernehmen/ das den Studenten zu Frankfurt/ welchen ihre Degen eine zeithero abgenommen worden/ solche einen weg wie den andern fürenthalten worden &c. als befehlen wir dir (*prefecto militum*) hiemit gnädigst/ dich darnach gehorsams zu achten/ und es damit nicht anders zu halten/ auch zu solchem Ende das bey dir verhandene Gewehr ohne ferneren Auffenthalt dem *Rectori Magnifico* auszuantworten.

87.

Nec concessum est militibus vel civibus studiosos tem-

tempore nocturno quiete ambulantes in custodiam deducere per Rescript. Elect. den 18 Octob. 1672. ibi: Geben dir darauß in Gnaden zu vernehmen/ daß gleich wie unsere gnädigst Willens Meynung bey Ablassen unsers letztem Rescripti nicht gewesen/ daß du eben alle *Studioſos*, so sich nach dem Zapffenschlag mit dem Degen auf der Gassen finden lassen/ solleſt einziehen lassen/ sondern nur die Tumultuirenden und die Schlägerey und Unruh anrichten: Als hastu dich darnach zu achten/ und nicht auf diejenige/ so stille und friedlich ihrem Geschäft nachgehen/ zu *extendiren*/ wie du es den auch ferner wegen Ausantwortunge der Studenten/ so du des Nachts einziehen lassen/ wie auch wegen Auslieferung der ihnen abgenommenen Degen/ an den *Rectorem*, bey den Herkommen zu lassen/ und desfalls keine Neuerunge einzuführen/ und dich im übrigen gegen die Universität und derselben Unverwandten also zu verhalten hast/ damit die studierende Jugend mit Fuge zu klagen/ oder sich von dannen weg zubeggeben/ keinen Anlaß haben möge.

Denique notandum, studiosos relegatione punitos non posse occultari ab aliquo in civitate vid. Privilegia hujus Viadrinæ §. 4. ibi: Würden auch Studenten/ einer oder mehr von der Universität *relegivet*/ oder *excluderet*/ der oder dieselben sollen in der Stadt durch niemand vorbehalten werden/ quod etiam juri communi conveniens est, L. 2. §. 17. ff. de Interd. & relegat. & hoc in Academia Lipsiensi, Salana aliisq; observari solet, Richt. ad Auth. Hab. disp. 6 p. 133. nec tolerantur, licet in numerum militum se conferre velint per text. clarum l. ult. ff. de re milit. Imo nec in nundinis eo gaudet privilegio, quod invito Rectore redire possint per Rescr. Elect. d. An. 1658. den 13. Novembr. ibi: Demnach die Universität sich über N. beklaget/ daß derselbe/ ungeachtet der wider ihn ergangenen *relegation*, und noch nicht erhaltenen *restitution*, sich dennoch neulich daselbst wie

der einfunden/ und allerhand unverantwortliche Excesse unternemen dürfen/ Sie auch/ daß er der gleiche bey dem bevorstehenden Martini-Markt wiederumb zu tentiven vorhabens/in Erfahrung gebracht/einen solchen Frevel und Muthz willen aber *propter conservationem autoritatis Academiae & pacis publicae*, gar nicht nachzusehen &c.

91. *Id deniq; considerandum an studiosus, si commissio jam delicto, in fugam se conferat, à laeso privata autoritate capi possit?* quod affirm. ex l. 25. pr. ff. ad L. Jul. de Adult. l. 56. ff. de furt. cum etiam debitorem fugientem propria autoritate capere & detinere liceat l. ait Praetor 10. §. 16. ff. quae in fraud. credit. Mev. ad Jus Lub. part. 3. tit. 1. art. 4. n. 6. in quo articulo creditori apprehendenti conceditur jus praelationis
92. *Mev. d. l. n. II. add. Struv. de Vind. Priv. c. 6. apb. 9. Et haec privata prehensio potest etiam die feriato fieri* Gail. lib. 2. O. 44. n. 1. probe autem hoc casu monendum, propria autoritate captum non posse ultra 20. hor. detineri, sed intra hoc tempus judici est offerendus d. l. 25. pr. ff. ad L. Jul. de Adult. Meier in C. f. A. lib. 48. tit. 3. th. 7. n. 7. Brunn. ad l. ult.
93. *C. de exhib. & requ. reis. n. 3. Verum an hoc etiam in studioso obtineat, dubitari posset, quia studiosus est persona privilegiata. Verum quia clericus, qui se in fugam contulit, à creditore suo capi & judici offerri potest* Gail. d. obs. 44. n. 2. Hillig. ad Don. lib. 17. c. 2. lit. N. non possumus non idem quoq; admittere in studioso, si post delictum vel debitum contractum aufugiat.
94. *Sed cui judici hoc casu captus offerendus?* & puto illi judici eum offerendum esse, sub quo frugitivus fuit deprehensus, cum enim iudex, qui legitime inquisitionem contra aliquem instituit, non possit mandare, ut reus fugitivus in alieno territorio capiatur & reducatur Ant. Matth. de Crimin. ad lib. 48. tit. 14. cap. 1. n. 3. Brunn. in repet.
- We-

Wesemb. tit. de custod. & exhib. reor. quæst. 16. sed iudex illius loci, ubi commoratur reus, implorandus est, nam hæc captura species est jurisdictionis, quam quis in alieno exercere non potest, sine violatione jurisdictionis illius iudicis, sub quo est fugitivus *Cothm. Resp. Acad. 50. n. 73.* cum ne quidem in civilibus, citatio alicui insinuari possit, qui in alterius degit territorio, sed nuncii, qui de facto citationem insinuare volunt, communiter male tractari & in carcerem conjici solent *Gail. lib. 1. obs. 56. n. 7.* quod etiam iuste fieri potest *Mev. P. 7. D. 391. n. 5.* ergo multò minus aliquis capi & ex eius territorio abduci potest, sed & creditor persequens, & debitor fugitivus uterq; capi potest ab eo iudice, in cujus loco propria autoritate creditor, debitorem apprehendere & abducere voluit. Quod jus etiam concedimus illi magistratui, per cujus territorium talis creditor cum suo debitore fugitivo transit, moribus enim non permittitur irrequisito Iudice aliquem delinquentem vel captivum ducere per alterius territorium *Eck. ad ff. tit. de religiof. & sumt. fun. §. 3. ibiq; alleg. Befold. sub voc. Durchführung der Maleficanen n. 33. Hahn. ad Wef. tit. de religiof. n. 5. in fin.* Magnificus Rector tamen per litteras subdiciales petere posset, ut studiosus fugitivus remittatur ad academiam.

95

96

Verum si studiosus jam deprehensus, se ultro offerat, quod velit referri ad locum Academiæ, ibidemq; tamdiu in privata custodia manere, donec læso vel creditori satisfactum, an deprehensens & privata autoritate detinens, hoc quoq; casu pœna dignus? Pro affirm. firmiter aduci potest *l. creditores 3. C. de pign.* ubi injusta dicitur possessio, quam quis ingressus, juxta legem conventionis; nec explicari potest textus de invito debitore, quia alias creditor penitus amisisset suum debitum *l. si quis in tantam 7. C. unde vi l. extat. 13. ff.*

H 2

quod

quod met. caus. quod tamen in textu non apparet, cum expresse dicatur, creditorem vim non fecisse, adeoque intelligenda L. erit de casu, si debitoris consentientis bona, propria autoritate fuerint occupata, hinc etiam in terminis tradit Dn. Brunn. *ad d. l. 3. n. ult.* autoritate iudicis opus esse, si quis ad carcerem se obliget, quia conventionione privatorum remitti non potest ordo juris publici, qui autoritatem iudicis exigit. Setler. *de juram. lib. 2. cap. 7. n. 4. & 5.* taceo aliquos Dd. ne quidem admittere conventionem, in qua quis se obligavit ad carcerem Bach. *ad Tr. vol. 2. D. 28. th. 4. lit. f. ad verba: hinc & ad carceres.* Perez. *ad C. tit. de priv. carc. n. 5.* quod tamen in præsens excutere temporis ratio prohibet, vid. tamen Dn. Stryk. *in Caut. contr. Sect. 2. c. 1. S. 39.* His tamen adductis non obstantibus, licite & abduci & privatim detineri talem captivum fugientem, consentientem, & publicam incarcerationem deprecantem, defendimus cum Dn. Brunn. *ad l. un. C. de priv. carc. n. 4. ibique all. Farin.* rationes contrarias cathedræ reservamus.

Meretur sane hujus materiæ gravitas, ut plenius & accuratius pertractetur, verum mihi hac vice tantum sufficere videbatur, si pauca quædam tam ex jure communi, quam singulari delibarem, in hunc qualem qualem ordinem redigerem, & loco speciminis academici exhiberem. Quo peracto, Deo Triuni & Benignissimo pro adstantia clementissima, immortales persolvo gratias, Eidemque studia mea ulterius submisisse commendo.

F I N I S.







ULB Halle
003 060 381

3




Sb.

1077







7
2. D. B. V.
DISPUTATIO JURIDICA
DE

Cr. 7. num 24

1690, 126

21

FORO STUDIOSI DE- LINQVENTIS,

P. 421

Quam
ASSISTENTE DIVINA GRATIA
Consentiente

Magnifico Fictorum Ordine

IN ILLUSTRACADEMIA VIADRINA
PRAESIDE

DN. JOHANNE JOACHIMO
SCHOEPFFERO,

J. U. D. & Profess. Publ. Extraordinario,

DOMINO PATRONO ET PRÆCEPTORE

omni observantiae cultu devenerando,

IN AUDITORIO JURECONSULTORUM

Ad d. XX. Martii Anno M. DC. XC.

Publico Eruditorum examini submittet
AUTOR ET RESPONDENS

LEONHARDUS

Schard



SMALCALD.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ. 1711.